

BIBLIOTHEQUE FRANCO-FRANCAISE

COLLECTIONS NOUVELLES

DES AUTEURS LATINS

de

FRANCOIS

de la collection de la bibliothèque de la ville de Paris
de la collection de la bibliothèque de la ville de Paris
de la collection de la bibliothèque de la ville de Paris

FRANCOIS LANGRISSE

PARIS, 1811

THE UNIVERSITY
OF ILLINOIS

LIBRARY

871

P6

1829

v.13

~~2136109~~

The person charging this material is responsible for its return to the library from which it was withdrawn on or before the **Latest Date** stamped below.

Theft, mutilation, and underlining of books are reasons for disciplinary action and may result in dismissal from the University.

To renew call Telephone Center, 333-8400

UNIVERSITY OF ILLINOIS LIBRARY AT URBANA-CHAMPAIGN

MAY 13 1980

MAY 7 1980

JUN 3 0 1986

JUL 3 1986

BIBLIOTHÈQUE
LATINE-FRANÇAISE

PUBLIÉE

PAR

C. L. F. PANCKOUCKE.

IMPRIMERIE DE C. L. F. PANCKOUCKE.

RUE DES POITEVINS, N^o 14.

HISTOIRE NATURELLE
DE PLINE

TRADUCTION NOUVELLE

PAR M. AJASSON DE GRANDSAGNE

ANNOTÉE

PAR MM. BEUDANT, BRONGNIART, G. CUVIER,
DAUNOU, ÉMERIC DAVID, DESCURET, DOÉ, E. DOLO, DUSGATE,
FÉE, L. FOUCHÉ, FOURIER, GUIBOURT, ÉLOI JOHANNEAU,
LACROIX, LAFOSSE, LEMERCIER, LETRONNE, LOUIS LISKENNE,
L. MARCUS, MONGÈS,
C. L. F. PANCKOUCKE, VALENTIN PARISOT,
QUATREMÈRE DE QUINCY, P. ROBERT, ROBIQUET,
H. THIBAUD, THUROT, VALENCIENNES, HIPP. VERGNE.

TOME TREIZIÈME.

PARIS

C. L. F. PANCKOUCKE

MEMBRE DE L'ORDRE ROYAL DE LA LÉGION D'HONNEUR

ÉDITEUR, RUE DES POITEVINS, N^o 14

M DCCC XXXII.

871
Pb
1829
V.13

HISTOIRE NATURELLE
DE PLINE.

LIVRE VINGTIÈME.

454171

C. PLINII SECUNDI
HISTORIARUM MUNDI

LIBER XX.

MEDICINÆ EX HIS QUÆ SERUNTUR IN HORTIS.

Cucumere silvestri, xxvi.

I. **M**AXIMUM hinc opus naturæ ordiemur, et cibos suos homini narrabimus, faterique cogemus ignota esse, per quæ vivat. Nemo id parvum ac modicum existimaverit, nominum vilitate deceptus. Pax secum in his aut bellum naturæ dicitur, odia, amicitiaque rerum surdarum ac sensu carentium: et, quo magis miremur, omnia ea hominum causa, quod Græci sympathiam appellavere: quibus cuncta constant, ignes aquis restinguentibus, aquas sole devorante, luna pariente, altero alterius injuria deficiente sidere. Atque ut a sublimioribus recedamus, ferrum ad se trahente magnetæ lapide, et alio rursus abigente a sese: adamantem opum gaudium, infragilem omni cetera vi et invictum, sanguine hircino rumpente, quæque alia in suis dicemus locis, paria, vel

HISTOIRE NATURELLE

DE PLINE.

LIVRE XX.

REMÈDES TIRÉS DES PLANTES DE JARDINS.

Du concombre sauvage, 26.

I. **E**XAMINONS maintenant l'œuvre la plus étonnante de la nature : présentons à l'homme ses alimens, et forçons-le d'avouer qu'il ne connaît rien de ce qui le fait vivre. Ce sujet ne paraît ni mesquin, ni frivole, quand on ne se laisse point abuser par la trivialité des expressions. Il s'agit en effet de la paix ou de la guerre entre les différentes parties de la nature, de la haine ou de l'amitié entre les êtres inanimés et insensibles ; enfin, de ce que les Grecs ont appelé sympathie : et ce qu'il y a de plus admirable, tant de merveilles n'ont point d'autre fin que l'homme. L'eau et le feu sont les deux principes des choses : l'eau éteint le feu ; le soleil à son tour dévore l'eau ; la lune la produit : et ces deux astres sont éclipsés l'un par l'autre. En abaissant nos regards d'une sphère si haute, nous verrons une pierre, l'aimant, attirer le fer ; une autre pierre le repousser. Le diamant, de nos richesses la plus précieuse, résiste, sans être en-

majora, mira. Tantum venia sit, a minimis, sed a salutaribus ordienti, primumque ab hortensiis.

II. 1. Cucumim silvestrem esse diximus, multo infra magnitudinem sativi. Ex eo fit medicamentum, quod vocatur elaterium, succo expresso e semine. Cujus causa nisi maturius incidatur, semen exsilit, oculorum etiam periculo. Servatur autem decerptus una nocte : postero die inciditur arundine. Semen quoque cinere conspergitur, ad coercendam succi abundantiam : qui expressus suscipitur aqua cælesti, atque subsidit : deinde sole cogitur in pastillos, ad magnos mortalium usus. Obscuritates et vitia oculorum sanat, genarumque ulcera. Tradunt hoc succo tactis radicibus vitium, non attingi uvas ab avibus. Radix autem ex aceto cocta podagris illinitur, succoque dentium dolori medetur. Arida cum resina impetiginem et scabiem, quæ psoram et lichenas vocant, parotidas et panos sanat, et cicatricibus colorem reddit. Et foliorum succus auribus surdis cum aceto instillatur.

Elaterio, xxvii.

III. Elaterio tempestivus est autumnus : nec ullum ex

tamé, aux coups les plus violens; du sang de bouc le brise : et de combien de merveilles semblables, ou plus étonnantes encore, n'aurons-nous pas à traiter? Qu'on nous pardonne seulement de commencer par les objets les plus petits, mais les plus salutaires, je veux dire par les plantes de jardins.

II. 1. Nous avons dit que le concombre sauvage était beaucoup plus petit que le concombre cultivé. On tire du fruit, par expression, un suc appelé *elaterium*, qui est d'usage en médecine. Pour l'obtenir, on coupe le fruit avant qu'il soit mûr; autrement la graine s'échapperait avec élasticité, et pourrait blesser les yeux. Le fruit cueilli se garde une nuit, et le lendemain on le fend avec un roseau. Quelquefois on le saupoudre de cendres, pour retenir une plus grande quantité de suc. En l'exprimant, on le reçoit dans de l'eau de pluie, et il va au fond; épaissi au soleil, il donne des trochisques excellens dans un grand nombre de maladies; il guérit la faiblesse de la vue, les autres maux d'yeux, et les ulcères des paupières. On prétend que si l'on touche les racines des vignes avec l'*elaterium*, les oiseaux n'attaqueront pas les raisins. La racine de la plante, cuite dans le vinaigre, s'applique sur les parties malades de la goutte, et son suc apaise le mal de dents. Cette racine, séchée et mêlée à la résine, guérit les éruptions cutanées, la gale, les dartres vives et farineuses, les parotides, les tumeurs inflammatoires, et efface jusqu'à la trace des cicatrices. Le suc des feuilles, versé goutte à goutte dans les oreilles avec du vinaigre, est bon pour la surdité.

De l'*elaterium*, 27.

III. La saison favorable pour recueillir l'*elaterium*,

medicamentis longiore ævo durat. Incipit a trimatu. Si quis recentiore uti velit, pastillos in novo fictili igne lento in aceto domet. Melius, quo vetustius : fuitque jam ducentis annis servatum, ut auctor est Theophrastus. Et usque ad quinquagesimum lucernarum lumina extinguit. Hoc enim veri experimentum est, si admotum prius quam extinguat, scintillare sursum ac deorsum cogat. Pallidum ac læve herbaceo ac scabro melius, ac leniter amarum. Putant conceptus adalligato semine adjuvari, si terram non attigerit. Partus vero, si in arietis lana alligatum inscientis lumbis fuerit, ita ut protinus ab enixu rapiatur extra domum.

Ipsam cucumim qui magnificant, nasci præcipuum in Arabia, mox in Arcadia, Cyrenis alii tradunt, similem heliotropio, cujus inter folia et ramos provenire magnitudine nucis juglandis. Semen autem esse ad speciem scorpionum cauda repleta, sed candida. Aliqui etiam ab eo scorpionium cucumim vocant, efficacissimum contra scorpionum ictus et semine et elaterio, et ad purgandum uterum alvosque. Modus portione virium ab dimidio obolo ad solidum. Copiosius necat.

Sic et contra phthiriasin bibitur : et hydropises.

est l'automne : aucun médicament ne se conserve plus long-temps ; il n'est bon qu'au bout de trois ans. Si l'on veut en employer de plus frais , on peut adoucir les trochisques , en les faisant macérer dans le vinaigre , sur un feu lent et dans un pot de terre neuf. Plus il est vieux , plus il est efficace : Théophraste dit qu'on a conservé de l'elaterium pendant deux siècles. Jusqu'à cinquante ans , il éteint la lumière des lampes dont on l'approche ; mais , avant de l'éteindre , il doit la faire scintiller en haut et en bas ; c'est la marque à laquelle on reconnaît le véritable elaterium. Celui qui est pâle , lisse et légèrement amer , vaut mieux que celui qui est vert et raboteux. On croit qu'une femme conçoit plus facilement , en portant sur elle de la graine de concombre sauvage , qui n'ait pas touché la terre ; cette graine facilite aussi l'accouchement , si on l'attache dans de la laine de bélier sur les reins d'une femme en travail , sans qu'elle s'en aperçoive : mais aussitôt après la naissance de l'enfant , il faut emporter l'amulette hors de la maison.

Les auteurs qui vantent les propriétés des concombres sauvages , prétendent que les meilleurs sont ceux d'Arabie , ensuite ceux d'Arcadie ou de Cyrène. La plante est semblable à l'héliotrope ; le fruit , de la grosseur d'une noix , naît dans l'aisselle des feuilles. La graine est blanche , et courbée comme la queue du scorpion : aussi , quelques auteurs distinguent-ils cette espèce par le nom de *scorpionienne*. La graine , ainsi que l'elaterium , est excellente contre la piquûre des scorpions , et pour purger le ventre et la matrice. La dose est d'un demi-obole à un obole entier , selon la force du sujet : une plus forte dose serait mortelle.

La décoction se prescrit en breuvage pour l'hydro-

Illitum anginas et arterias cum melle et oleo vetere sanat.

Anguino cucumere, sive erratico, v.

IV. 2. Multi hunc esse apud nos qui anguinus vocetur, ab aliis erraticus, arbitrantur. Quo decocto sparsa mures non attingunt. Iidem podagris cum articuli morbis decoctum in aceto illiniunt, præsentaneo remedio. Lumborum vero dolori semine sole siccato, dein trito, xx x. pondere in hemina dato aquæ. Sanat et tumores subitos illitum cum lacte mulierum. Purgat eas elaterium; sed gravidis abortum facit. Suspiriosis prodest; morbo vero regio in nares coniectum. Lentigines ac maculas e facie tollit in sole illitum.

Cucumere sativo, ix.

V. Multi eadem omnia sativis adtribuunt. Magnum etiam in eis momentum. Namque et eorum semen, quantum tres digiti adprehenderint, cum cumino tritum, potumque in vino, tussientibus auxiliatur. Sed et phreniticis in lacte mulieris; et dysentericis acetabuli mensura. Purulenta autem exspuentibus cum cumino pari pondere, et jocineris vitiis in aqua mulsa. Urinam movet

pisie, et la maladie pédiculaire : la graine, appliquée à l'extérieur, avec de la vieille huile, guérit l'esquinancie et les maux de gorge.

Du concombre serpentín ou erratique, 5.

IV. 2. Plusieurs auteurs confondent l'espèce précédente avec celle que nous appelons *concombre serpentín*, ou *erratique*. Les souris ne touchent jamais à ce qui a été arrosé de sa décoction. Bouilli dans le vinaigre et appliqué sur les pieds ou les mains d'un goutteux, il apaise sur-le-champ les douleurs. La graine, séchée au soleil, ensuite pulvérisée, et prise au poids de vingt deniers, dans une hémine d'eau, guérit les maux de reins : appliquée à l'extérieur avec du lait de femme, elle dissipe les tumeurs qui se forment subitement. L'elaterium provoque les règles, mais fait avorter les femmes enceintes ; il est bon aux asthmatiques ; on l'injecte dans les narines, pour la jaunisse. Si l'on s'en frotte le visage au soleil, il fait disparaître les signes de la peau et les taches de rousseur.

Du concombre cultivé, 9.

V. Plusieurs auteurs attribuent au concombre cultivé les mêmes propriétés : il est en effet très-utile en médecine. Trois pincées de sa graine, broyée avec du cumin, et avalée dans du vin, apaisent la toux. Prise avec du lait de femme, elle est bonne contre la frénésie ; et à la dose d'un acétabule, contre la dysenterie ; mêlée à poids égal avec du cumin, elle se prescrit dans les crachemens purulens ; et avec de l'hydromel, dans les maladies du foie : avalée dans du vin doux, elle provoque les urines ;

ex vino dulci, et in renum dolore clysteribus simul cum cumino infunditur.

Pepone, XI.

VI. Pepones qui vocantur, refrigerant maxime in cibo, et emolliunt alvum. Caro eorum epiphoris oculorum aut doloribus imponitur. Radix sanat ulcera concreta in modum favi, quæ ceria vocant. Eadem contrahit vomitiones : siccatur, et in farinam tusa datur quatuor obolis in aqua mulsa, ita ut qui biberit, quingentos postea passus ambulet. Hæc farina et in smegmata adjicitur. Cortex quoque vomitiones movet, faciem purgat. Hoc et folia cujuscumque sativi illita. Eadem cum melle et epinyctidas sanant : cum vino, canis morsus. Item millepedæ : sepa Græci vocant, oblongam, pilosis pedibus, pecori præcipue nocivam. Morsum tumor insequitur, et putrescit locus. Ipse cucumis odore defectum animi. Coctos deraso cortice, ex oleo, et melle, jucundiores esse certum est.

Cucurbita, XVII.

VII. 3. Cucurbita quoque silvestris invenitur, spongiosa a Græcis appellata, inanis (unde et nomen), digitali

dans la néphrétique, on l'emploie en lavement avec le cumiu.

Du pepon, 11.

VI. Les concombres que nous appelons *pepons*, offrent une nourriture extrêmement rafraîchissante, et qui lâche le ventre. Leur chair s'applique sur les fluxions et les douleurs des yeux; leur racine guérit les ulcères nommés *ceria*, par leur ressemblance avec les gâteaux d'une ruche; séchée, pulvérisée et donnée à la dose de quatre oboles dans de l'hydromel, elle provoque le vomissement; mais il faut, après avoir pris la potion, parcourir un espace de cinq cents pas : cette poudre entre aussi dans les cosmétiques. L'écorce excite de même le vomissement; appliquée sur le visage, elle nettoie la peau : ce dernier effet est produit, au reste, par les feuilles de tous les concombres cultivés. Ces mêmes feuilles, avec du miel, guérissent les épinyctides; avec du vin, les morsures des chiens, et de la chenille appelée par les Latins *millepeda*, ou à mille pieds, et par les Grecs *seps*. C'est un insecte à pieds velus, assez long et très-nuisible au bétail : l'endroit qu'il a mordu s'enfle, et la pourriture l'attaque bientôt. L'odeur de ces concombres fait cesser l'évanouissement. Un moyen de les rendre plus agréables au goût, c'est de les peler, et de les faire cuire dans de l'huile et du miel.

De la courge, 17.

VII. 3. On connaît encore une courge sauvage qui est creuse; d'où vient le nom de *spongos* (éponge), que lui

crassitudine, non nisi in saxosis nascens. Hujus comanducatæ succus stomacho admodum prodest.

Colocynthide, x.

VIII. Colocynthis vocatur alia, ipsa plena, sed minor quam sativa. Utilior pallida, quando ejus sunt medicinæ. Herbacea arefacta per se inanit alvum. Infusa quoque clysteribus, intestinorum omnibus vitiis medetur, et renum, et lumborum, et paralyti: ejecto semine, aqua mulsa in ea decoquitur ad dimidias: tutissimo infunduntur oboli quatuor. Prodest et stomacho, farinæ aridæ pilulis cum decocto melle sumptis. In morbo regio utiliter semina ejus sumuntur, et protinus aqua mulsa. Carnes ejus cum absinthio et sale dentium dolorem tollunt. Succus vero cum aceto calefactus mobiles sistit. Item spinæ, et lumborum, ac coxendicum dolores, cum oleo si infricetur. Præterea, mirum dictu, semina ejus si fuerint pari numero adalligata febribus, sanare dicuntur, quas Græci periodicas vocant. Sativæ quoque rasæ succus tepefactus auribus medetur. Caro ejus interior sine semine, clavis pedum, et suppurationibus, quæ Græci vocant apostemata. Decoctæ autem universæ succus, dentium motus stabilit, et dolores inhibet. Vinum cum ea fervefactum, oculorum etiam impetus. Folia ejus cum recentibus eupressi contusa, et imposita:

ont donné les Grecs : elle ne croît que dans les terrains pierreux : sa chair n'a que l'épaisseur du doigt ; en la mâchant, on en tire un suc très-bon à l'estomac.

De la coloquinte , 10.

VIII. Il y a une autre espèce de courge sauvage, appelée *colocynthis* (coloquinte); elle est massive, mais plus petite que l'espèce cultivée. On préfère en médecine celle qui commence à pâlir; encore verte, mais desséchée, elle purge toute seule par en bas. En lavemens, elle est bonne contre toutes les maladies des intestins, des reins, des lombes, et contre la paralysie : on la fait bouillir dans de l'hydromel, après avoir ôté la graine, jusqu'à ce que le liquide soit réduit de moitié : on l'emploie sans aucun danger, à la dose de quatre oboles. La poudre de coloquinte, sèche, prise en pilules, avec du miel cuit, est excellente pour l'estomac. La graine est bonne pour la jaunisse, mais on doit aussitôt après boire de l'hydromel. La chair, mâchée avec de l'absinthe et du sel, apaise le mal de dents; le suc, chauffé avec du vinaigre, raffermi les dents chancelantes; mêlé avec de l'huile, il s'emploie avantageusement en frictions, pour les douleurs des hanches, des lombes et de l'épine du dos. Mais voici un fait qui tient du merveilleux : les graines de coloquinte, portées en nombre pair, guérissent, dit-on, les fièvres que les Grecs nomment périodiques. Le suc des raclures de la courge cultivée, versé tiède dans les oreilles, en calme la douleur. La chair intérieure, sans la graine, guérit les clous des pieds, et les suppurations nommées par les Grecs *apostèmes*. La décoction de la courge entière affermit les dents et en apaise la dou-

ipsa quoque tosta in argilla, ac trita cum adipe anseris, vulneribus medetur. Nec non ramentis corticis recentis podagras refrigerat, et ardores capitis, infantium maxime. Et ignes sacros, de strigmentis, vel his impositis, vel seminibus. Succus ex strigmentis, illitus cum rosaceo et aceto, febrium ardores refrigerat. Aridæ cinis impositus mire combusta sanat. Chrysippus medicus damnabat eas in cibis. Sed omnium consensu stomacho utilissimæ judicantur, et interancorum vesicarumque exulcerationibus.

Rapis, IX.

IX. Est et rapo vis medica. Perniones fervens impositum sanat. Item frigus pellit e pedibus. Aqua decocti ejus fervens podagris etiam frigidis medetur: et crudum tusum cum sale, cuicumque vitio pedum. Semen illitum et potum in vino, contra serpentes et toxica salutare esse proditur. A multis vero antidoti vim habere in vino et oleo. Democritus in totum ea abdicavit in cibis, propter inflationes. Diocles magnis laudibus tulit, etiam Venerem stimulari ab eis professus: item Dionysius: magisque, si cruca condirentur. Tosta quoque articulorum dolori cum adipe prodesse.

leur : le vin , où on l'a fait bouillir , arrête les fluxions qui tombent sur les yeux. Les feuilles pilées et appliquées avec des feuilles fraîches de cyprès ; ou bien la chair , cuite dans un vaisseau d'argile , et incorporée avec de la graisse d'oie , sont un fort bon remède pour les plaies. Les râclures de l'écorce , encore fraîches , tempèrent la chaleur de la goutte , et les ardeurs de la tête , surtout celles des enfans ; ces mêmes râclures , ou bien les graines , appliquées sur les érysipèles , produisent un bon effet. Le suc des râclures , en liniment avec de l'huile rosat et du vinaigre , modère les ardeurs de la fièvre : la poudre de la courge sèche , appliquée sur les brûlures , est d'un secours merveilleux. Le médecin Chrysippe condamnait l'usage de la courge comme aliment ; mais tout le monde convient qu'elle est excellente pour l'estomac , et pour les ulcérations des intestins et de la vessie.

Des raves , 9.

IX. La rave a aussi ses vertus médicales : appliquée sur les engelures du talon , elle les guérit ; de plus , elle défend les pieds du froid. Sa décoction chaude est un bon remède pour les gouttes froides. La rave crue et pilée avec du sel guérit tous les maux de pieds ; la graine , appliquée à l'extérieur , et prise dans du vin , est , dit-on , salutaire contre les morsures des serpens , et contre tout venin ; mêlée au vin et à l'huile , elle passe pour un excellent contre-poison. Démocrite défend l'usage des raves comme aliment , parce qu'elles donnent des vents ; Dioclès en fait l'éloge , et vante leurs vertus aphrodisiaques : Denys leur attribue les mêmes vertus , surtout si on les assaisonne avec de la roquette. Il ajoute

Rapo silvestri, 1.

X. Silvestre rapum in arvis maxime nascitur, fruticosum, semine candido, duplo majore, quam papaveris. Hoc ad lævigandam cutem in facie, totoque corpore, utuntur, mixta farina, pari mensura, ervi, hordei, tritici, et lupini. Radix ad omnia inutilis.

Napis, sive bunio, sive buniade, v.

XI. 4. Naporum duas differentias et in medicina Græci servant. Angulosis foliorum caulibus florentis, quod bunion vocant, purgationibus feminarum, et vesicæ et urinæ utile decoctum, potum ex aqua mulsa, vel succi drachma. Semen dysentericis tostum, tritumque in aqua calida, e cyathis quatuor. Sed urinam inhibet, si non lini semen una bibatur. Alterum genus buniada appellant, et raphano et rapo simile: seminis præclari contra venena: ob id et in antidotis utuntur illo.

Raphano silvestri et armoracia, 1.

XII. Raphanum et silvestrem esse diximus. Laudatissimus in Arcadia: quamquam et alibi nascitur, utilior

que, rôties et incorporées dans la graisse, elles sont bonnes contre la goutte.

De la rave des champs , 1.

X. Cette rave croît principalement dans les champs : elle est ligneuse, et porte une graine blanche, une fois plus grosse que celle du pavot ; on l'emploie pour lisser et unir la peau du visage et de tout le reste du corps, en y mêlant pareille quantité de farine d'ers, d'orge, de froment et de lupin. La racine est entièrement inutile.

Des navets appelés *bunion*, et *bunias*, 5.

XI. 4. Les Grecs distinguent deux espèces de navets employés en médecine. La première a les tiges anguleuses, et s'appelle *bunion*. La décoction des feuilles de la plante en fleur, prise avec de l'hydromel ou avec une drachme de son propre suc, provoque les règles, pousse les urines, et se prescrit dans les maladies de la vessie ; la graine rôtie, pulvérisée et prise dans quatre cyathes d'eau chaude, est bonne pour la dysenterie ; mais elle arrête les urines, si l'on n'y mêle de la graine de lin. La seconde espèce est appelée *bunias* ; elle a beaucoup de rapports avec le raifort et la rave : la graine est excellente contre les poisons ; aussi, la range-t-on parmi les antidotes.

Du raifort sauvage et de l'armoracia , 1.

XII. Nous avons déjà parlé des raiforts sauvages : les plus estimés sont ceux d'Arcadie ; il en vient néanmoins

urinæ dumtaxat ciendæ. Cetero æstivo usus in Italia, et armoraciam vocant.

Raphano sativo, XLIII.

XIII. Et sativi vero, præter ea quæ circa eos dicta sunt, stomachum purgant, pituitam extenuant, urinam concitant, bilem detrahunt. Præterea cortices in vino decocti, mane poti ad ternos cyathos, comminuunt et ejiciunt calculos. Idem in posca decocti contra serpentium morsus illinuntur. Ad tussim etiam mane jejunis raphanus prodest cum melle : semen eorum tostum, ipsumque commanducatum, ad lagonoponon : aquam foliis ejus decoctis bibere, vel succum ipsius cyathis binis contra plithirias : phlegmoni ipsos illinere tusos, livori vero recenti corticem cum melle : veterosis autem quam acerrimos mandere : semenque tostum, dein contritum cum melle suspiriosis. Idem et contra venena prosunt. Cerastis et scorpionibus adversatur : vel ipso, vel semine infectis manibus impune tractabis : impositoque raphano scorpiones moriuntur.

Salutares et contra fungorum aut hyoscyami venena æque, ut Nicander tradit : et contra viscum quoque dari Apollodori duo jubent : sed Citieus semen ex aqua tritum, Tarentinus succum. Lienem item extenuant : je-

en d'autres pays, qui sont plus efficaces pour faire couler les urines. En Italie, on emploie le raifort d'été appelé *armoracia*.

Du raifort cultivé, 43.

XIII. Quant au raifort cultivé, outre les propriétés que nous avons déjà énumérées, il a encore celles de purger l'estomac, d'atténuer la pituite, de pousser les urines, et de détacher la bile : la décoction de l'écorce dans du vin, prise le matin à la dose de trois cyathes, brise et expulse les calculs de la vessie ; cette même écorce, bouillie dans de l'oxycrat, est appliquée avec succès sur la morsure des serpens. Le raifort, pris le matin à jeun avec du miel, est utile pour la toux. La graine, mangée rôtie, soulage les douleurs de côtés. La décoction des feuilles dans de l'eau, le suc même de la plante, à la dose de deux cyathes, sont recommandés dans la maladie pédiculaire. Le raifort pilé s'applique sur les phlegmons, et l'écorce, avec du miel, sur les meurtrissures récentes. Les personnes sujettes aux engourdissemens léthargiques devront manger des raiforts les plus âcres ; et les asthmatiques, la graine rôtie, pilée et incorporée avec du miel. Les raiforts servent de contre-poison : du moins, sont-ils contraires aux cérastes et aux scorpions. En se frottant les mains avec la graine de raifort, ou avec la plante même, on peut manier sans danger ces animaux venimeux : l'attouchement seul du raifort suffit pour tuer le scorpion.

Selon Nicandre, les raiforts sont bons contre les champignons vénéneux et la jusquiame. Les deux Apollodore, de Citia et de Tarente, les recommandent contre le *viscum* (*ixias*) ; mais le premier prescrit la graine broyée dans

cinori prosunt, et lumborum doloribus. Hydropicis quoque ex aceto aut sinapi sumpti, et lethargicis. Praxagoras et iliosis dandos censet : Plistonicus et coeliacis. Intestinorum ulcera sanant : ac purulenta præcordiorum, si cum melle edantur. Quidam ad hæc coquere eos in luto illitos malunt : sic et feminas purgari. Ex aceto et melle sumpti, intestinorum animalia detrahunt. Item ad tertias decocto eorum potio cum vino. Enterocelis prosunt : sanguinem quoque inutilem sic extrahunt. Medius ad hæc et sanguinem exscreantibus coctos dari jubet : et puerperis ad lactis copiam augendam. Hippocrates capitis mulierum defluvia fricari raphanis : et super umbilicum imponi contra tormenta vulvæ. Reducunt et cicatricem ad colorem. Semen quoque ex aqua impositum, sistit ulcera, quæ phagedænas vocant. Democritus Venerein hoc cibo stimulari putat : ob id fortassis voci nocere aliqui tradiderunt. Folia quæ in oblongis dumtaxat nascuntur, excitare oculorum aciem dicuntur. Ubi vero acrior raphani medicina admota sit, hyssopum dari protinus imperant : hæc antipathia est. Et aurium gravitati succum raphani instillant. Nam vomituris summo cibo esse eos, utilissimum est.

Pastinaca, v. Hibisco, sive moloche agria, sive pistolochia, XI.

XIV. Pastinacæ simile hibiscum, quod molochen

l'eau, et le second, le suc. Le raifort diminue le volume de la rate; il est bon pour le foie, pour les douleurs des lombes, et pris avec du vinaigre ou de la moutarde, pour l'hydropisie et la léthargie. Praxagoras l'ordonne dans la passion iliaque, et Plistonicius dans la diarrhée. Mangé avec du miel, il guérit les ulcères des intestins et les suppurations des viscères; cuit dans de la terre détrempée, il est, selon quelques uns, un bon emménagogue; pris avec du vinaigre et du miel, il chasse les vers des intestins; sa décoction dans de l'eau réduite de deux tiers, et buë dans du vin, produit le même effet. Il est bon pour l'entérocèle, et évacue le sang superflu. Medius le prescrit, cuit, à ceux qui crachent le sang, et aux nouvelles accouchées, pour augmenter leur lait. Hippocrate veut qu'on en frotte la tête des femmes qui perdent leurs cheveux, et qu'on l'applique sur le nombril dans les douleurs de la matrice. Le raifort fait disparaître la trace des cicatrices: sa graine, broyée dans de l'eau, arrête le progrès des ulcères phagédéniques. Démocrite fait du raifort un aphrodisiaque; voilà pourquoi, peut-être, on l'a dit nuisible à la voix. On prétend que les feuilles des raiforts les plus longs éclaircissent la vue. Si les raiforts, employés comme remèdes, agissent trop fortement, il faut prendre aussitôt de l'hyssope, car il y a antipathie entre ces deux plantes. Pour la dureté de l'ouïe, on verse goutte à goutte dans les oreilles du suc de raifort. Ceux qui doivent vomir le matin se trouveront très-bien d'en manger à jeun.

Du panais, 5. De l'hibisque ou mauve sauvage, autrement pistoloche, 11.

XIV. L'hibisque ressemble au panais; on l'appelle aussi

agriam vocant, et aliqui pistolochiam, ulceribus cartilaginis et ossibus fractis medetur. Folia ejus ex aqua pota alvum solvunt, serpentes abigunt. Apum, vesparum, crabronum ictibus illita medentur. Radicem ejus ante solis ortum erutam involvunt lana coloris, quem nativum vocant, præterea ovis quæ feminam peperit, strumisque vel suppuratis alligant. Quidam ad hunc usum auro effodiendam censent : cavendumque ne terram attingat. Celsus et podagris quæ sine tumore sint, radicem ejus ex vino decoctam imponi jubet.

Staphylino, sive pastinaca erratica, XXII.

XV. 5. Alterum genus est staphylinos, quod pastinacam vocant. Ejus semen contritum et in vino potum, tumentem alvum, et suffocationes mulierum, doloresque lenit in tantum, ut vulvas corrigat : illitum quoque e passo ventri earum prosit : viris vero prodest, cum panis portione æqua tritum, ex vino potum contra ventris dolores. Pellit et urinam : et phagedænas ulcerum sistit recens cum melle impositum, vel aridum farina inspersum. Radicem ejus Dieuches contra jecinoris, ac lienis, ilium, lumborum, et renum vitia ex aqua mulsa dari jubet. Cleopantus et dysentericis veteribus. Philistion in lacte coquit, et ad stranguriam dat radicis uncias quatuor : ex aqua hydropicis, similiter et opisthotonicis,

mauve sauvage, ou pistoloche; il est bon pour les ulcères des cartilages, et pour la fracture des os. Ses feuilles, prises dans de l'eau, lâchent le ventre, chassent les serpens; et appliquées à l'extérieur, guérissent la piquûre des abeilles, des guêpes et des frelons; sa racine, enlevée avant le lever du soleil, enveloppée dans de la laine qui ait sa couleur native, et d'une brebis qui ait mis bas une femelle, s'applique sur les écrouelles, même en suppuration. Quelques-uns veulent que, pour cet usage, on tire la racine avec un instrument d'or, et qu'ensuite elle ne touche plus la terre. Celse l'ordonne dans la goutte sans enflure: on l'applique, cuite dans du vin, sur la partie souffrante.

Du staphylinos, ou panais sauvage, 22.

XV. 5. Il est une autre espèce de panais, appelée *staphylinos*. Sa graine, broyée et prise dans du vin, est bonne pour les enflures de ventre et les suffocations hystériques; elle apaise tellement les douleurs, qu'elle fait revenir la matrice dans son état naturel; appliquée avec du vin cuit, elle adoucit les tranchées des femmes; broyée avec une égale quantité de pain, et prise dans du vin, elle soulage la colique des hommes. Elle est diurétique; appliquée fraîche avec du miel, elle arrête les ulcères phagédéniques; ou bien quand elle est sèche, on la saupoudre de farine. Dieuchès prescrit la racine de l'hibisque dans de l'hydromel, pour les maladies du foie, de la rate, des côtés, des lombes, et des reins: Cléophante l'ordonne pour les dyssenteries invétérées. Philistion la fait cuire dans du lait, et en donne quatre onces pour la strangurie: dans de l'eau, pour l'hydropisie, la pleurésie, l'épi-

et pleuriticis, et comitialibus. Habentes eam feriri a serpentibus negantur : aut qui ante gustaverint, non lædi. Percussis imponitur cum axungia. Folia contra cruditates manduntur. Orpheus amatorium inesse staphylino dixit, fortassis quoniam Venerem stimulari hoc cibo certum est : ideo conceptus adjuvari aliqui prodiderunt. Ad reliqua et sativa pollet. Efficacior tamen silvestris, magisque in petrosi nata. Semen sativæ quoque contra scorpionum ictus, ex vino aut posca, salutare est. Radice ejus circumscalpti dentes, dolore liberantur.

Gingidic.

XVI. Syria in hortis operosissima est : indeque proverbium Græcis : « Multa Syrorum olera ». Simillimam staphylino herbam serit, quam alii gingidion vocant, tenuius tantum et amarius, ejusdemque effectus. Estur coctum crudumque stomachi magna utilitate. Siccat enim ex alto omnes ejus humores.

Sisere, XI.

XVII. Siser erraticum sativo simile est, et effectu : stomachum excitat, fastidium absterget, ex aceto laserpitatio sumptum, aut ex pipere et mulso, vel ex garo. Urinam ciet, ut Opion credit, et Venerem. In eadem

lepsie et la rétraction spasmodique de la tête. Cette racine préserve, dit-on, de l'attaque des serpens, ceux qui la portent, ou qui en ont mangé avant de les rencontrer ; aussi, l'applique-t-on, avec de l'axonge, sur les morsures de ces reptiles. Pour les crudités d'estomac, on mâche les feuilles de l'hibisque. Orphée regarde cette plante comme un philtre puissant, peut-être parce qu'elle possède en effet une vertu aphrodisiaque : aussi, quelques auteurs croient-ils qu'elle favorise la conception. Le panais cultivé jouit des mêmes propriétés, mais le staphylinos est plus efficace, surtout s'il croît dans des terrains pierreux. La graine du panais cultivé, prise dans du vin, ou de l'oxycrat, est bonne contre la piquûre du scorpion. On apaise les douleurs de dents, en les frottant avec sa racine.

Du gingidion.

XVI. Les Syriens s'adonnent particulièrement à la culture des jardins ; de là le proverbe grec : « Il y a beaucoup de légumes en Syrie. » Ils cultivent une plante, appelée ailleurs *gingidion*, qui ressemble beaucoup au staphylinos : seulement ses feuilles sont plus menues et plus amères ; elle a, du reste, les mêmes vertus. Mangée cuite ou crue, elle est excellente pour l'estomac, car elle dessèche entièrement les humeurs dont il est surchargé.

Du siser, 11.

XVII. Le siser sauvage est semblable à celui des jardins, et pour la forme, et pour les propriétés : pris avec du vinaigre au silphium, ou avec du poivre et de l'hydromel, ou avec de la saumure de poisson, il ranime l'estomac

sententia est et Diocles. Præterea cordi convenire convalescentium, aut post multas vomitiones perquam utile. Heraclides contra argentum vivum dedit, et Veneri subinde offensanti, ægrisque se recolligentibus. Hicesius ideo stomacho utile videri dixit, quoniam nemo tres siseres edendo continuaret : esse tamen utile convalescentibus ad vinum transeuntibus. Sativi privatim succus cum lacte caprino potus sistit alvum.

Sile, XII.

XVIII. Et quoniam plerosque similitudo nominum græcorum confundit, conteximus et de sili : sed hoc est vulgatæ notitiæ. Optimum massiliense : lato enim grano et fulvo est. Secundum æthiopicum, nigrius. Creticum odoratissimum omnium. Radix jucundi odoris est. Semen esse et vultures dicuntur. Prodest homini ad tussim veterem, rupta, convulsa, in vino albo potum. Item opisthotonicis, et jocinerum vitiis, et torminibus, et stranguriæ, duarum aut trium ligularum mensura. Sunt et folia utilia, ut quæ partus adjuvent etiam quadrupedum.

Hoc maxime pasci dicuntur cervæ parituræ. Illinuntur et igni sacro. Multumque in summo cibo concoctionibus confert, vel folio, vel semine. Quadrupedum

et excite l'appétit. Suivant Opion, il est diurétique et aphrodisiaque : Dioclès est du même avis, et ajoute qu'il fortifie le cœur des convalescens, et qu'il est excellent après des vomissemens multipliés. Héraclide l'ordonne contre le vif argent, contre l'impuissance, et à ceux qui relèvent de maladie. Hicesius, de son côté, dit qu'en effet le siser est bon à l'estomac, parce qu'on n'en saurait manger trois de suite; que cependant il est utile aux convalescens qui reprennent l'usage du vin. Le suc de siser cultivé, pris avec du lait de chèvre, arrête le cours de ventre.

Du sili (seseli), 12.

XVIII. Comme la similitude des noms grecs du siser et du sili a jeté la confusion dans la plupart des écrits où il en est parlé, je m'occuperai ici de la dernière de ces plantes, qui, du reste, est fort commune. Le meilleur sili est celui de Marseille : sa graine est plate et rous-sâtre; vient ensuite celui d'Ethiopie : sa graine est plus foncée; celui de la Crête est le plus odorant de tous. La racine du sili a une odeur agréable; on dit que les vautours mangent la graine. Prise dans du vin blanc, elle est bonne contre la toux invétérée, les ruptures, les contractions spasmodiques; à la dose de deux ou trois cuillerées, elle est utile dans l'opisthotone, ou rétraction convulsive de la tête en arrière, dans les maladies du foie, les douleurs de ventre et la strangurie. Les feuilles ne sont pas non plus sans vertus : elles facilitent le part des animaux quadrupèdes.

Les biches prêtes à mettre bas en font, dit-on, leur principale nourriture. On applique le sili sur les érysipèles; ses feuilles ou sa graine, mangées à jeun, aident

quoque alvum sistit, sive tritum potui infusum, sive mandendo commanducatum e sale. Boum morbis tritum infunditur.

Inula, xi.

XIX. Inula quoque a jejunis commanducata, dentes confirmat, si ut eruta est, terram non adtingat: condita tussim emendat. Radicis vero decoctæ succus tineas pellit: siccatae autem in umbra farina tussi, et convulsis, et inflationibus, et arteriis medetur. Venenatorum morsus abigit. Folia ex vino lumborum dolori illinuntur.

Cæpis, xxvii.

XX. Cæpæ silvestres non sunt. Sativæ olfactu ipso et delacrymatione caligini medentur, magis vero succi inunctione. Somnum etiam facere traduntur, et ulcera oris sanare, commanducatae cum paue. Et canis morsus, virides ex aceto illitæ, aut siccae cum melle et vino, ita ut post diem tertium solvantur. Sic et attrita sanant. Coctam in cinere, et epiphoris multi imposuere cum farina hordeacea, et genitalium ulceribus. Succo et cicatrices oculorum, et albugines, et argema inunxere: et serpentium morsus, et omnia vulnera cum melle. Item auricularum cum lacte mulierum: et in iisdem

à la digestion. Il arrête le cours de ventre des bestiaux, qui l'avalent broyé dans leur boisson, ou le mangent avec du sel : on le pile dans le breuvage des bœufs malades.

De l'aunée, 11.

XIX. La racine d'aunée, mâchée à jeun, affermit les dents, pourvu que, du moment où elle a été arrachée, elle n'ait plus touché la terre; confite, elle apaise la toux. Le suc de cette racine, en décoction, chasse les vers plats des intestins. Séchée à l'ombre et réduite en poudre, elle est bonne pour la toux, les contractions spasmodiques, les flatuosités et les maux de gorge : elle guérit les morsures des animaux venimeux. Les feuilles d'aunée, appliquées avec du vin, soulagent les douleurs des lombes.

Des oignons, 27.

XX. On ne voit point d'oignons sauvages; l'oignon ordinaire, flairé seulement, éclaireit la vue en provoquant les larmes; l'effet est plus sûr, si l'on se frotte les yeux avec le suc. Mangé avec du pain, il amène, dit-on, le sommeil, et guérit les ulcères de la bouche; appliqué vert avec du vinaigre, ou sec avec du vin et du miel, il guérit les morsures des chiens, et les meurtrissures : on n'enlève ce topique qu'au bout de trois jours. Cuit sous la cendre, il s'applique, avec de la farine d'orge, sur les fluxions des yeux et les ulcères des parties génitales. On touche avec le suc d'oignon les cicatrices et les taches des yeux; on emploie ce même suc avec du miel, pour les morsures des serpens, et pour toutes sortes de blessures; avec du lait de femme, pour les ulcères des oreil-

sonitum ac gravitatem emendantes, cum adipe anserino, aut cum melle stillavere. Et ex aqua bibendum dedere repente obmutescentibus. In dolore quoque ad dentes colluendos instillavere, et plagis bestiarum omnium, privatim scorpionum. Alopecias fricuere, et psoras, tuisis cæpis. Coctas dysentericis vescendas dedere et contra lumborum dolores : purgamenta quoque earum cremata in cinere illinentes ex aceto serpentium morsibus, sepiisque multipedæ ex aceto. Reliqua inter medicos mira diversitas. Proximi utiles esse præcordiis et concoctioni, inflationemque, et sitim facere dixerunt. Asclepiadis schola, ad colorem quoque validum profici hoc cibo. Et si jejuni quotidie edant, firmitatem valetudinis custodiri: stomacho utiles esse, spiritus agitatione : ventrem mollire, hæmorrhoidas pellere, subditas pro balanis : succum cum succo feniculi contra incipientes hydropises mire proficere. Item contra auginas, cum ruta et melle. Excitari eisdem lethargicos. Varro, quæ sale, et aceto pista est arefactaque, vermiculis non infestari auctor est.

Porro sectivo, xxxii.

XXI. 6. Porrum sectivum profluvia sanguinis sistit in naribus contrito eo obturatis, vel gallæ mixto, aut mentæ : item ex abortu profluvia, poto succo cum lacte mulierum. Tussi etiam veteri, ac pectoris et pul-

les : on l'introduit aussi dans les oreilles, avec de la graisse d'oie ou du miel, pour guérir le tintement et la surdité. On fait boire ce suc dans l'eau à ceux qui ont perdu tout à coup la parole. On s'en lave les dents pour apaiser la douleur ; on en baigne les morsures de tous les animaux venimeux, et particulièrement du scorpion. On emploie en frictions l'ognon pilé, pour l'alopecie et la gale ; on le mange cuit pour la dysenterie et la douleur des lombes. La cendre des pelures s'applique, avec du vinaigre, sur les morsures des serpens, et du *seps* ou *mille-pieds*. Pour tout le reste, l'opinion des medecins varie d'une étrange manière. Les plus modernes croient que l'ognon fortifie les parties nobles et facilite la digestion, mais qu'il altère et qu'il est venteux. Suivant Asclépiade et ses sectateurs, c'est un aliment qui colore fortement le teint ; il maintient en santé celui qui en mange tous les jours à jeun ; il est bon à l'estomac, par le mouvement qu'il donne aux esprits. Employé en suppositoire, il lâche le ventre et pousse les hémorrhoides. Le suc, mêlé à celui du fenouil, est excellent contre l'hydropisie naissante ; et contre l'esquinancie, s'il est incorporé avec du miel et de la rue ; enfin, il dissipe la léthargie. Selon Varron, l'ognon, broyé avec du sel et du vinaigre, et ensuite desséché, n'est jamais attaqué des vers.

Du porreau taillé, 32.

XXI. 6. Ce porreau arrête les saignemens de nez, si l'on en bouche les narines, après l'avoir mêlé avec de la noix de galle ou de la mente. Son suc, bu dans du lait de femme, arrête les hémorragies de la matrice, à la suite des fausses couches ; il est bon pour la toux invétérée, et pour les

monis vitiis medetur. Illitis foliis sanantur et ambusta, et epiuyctides : ita vocatur ulcus, quæ et syce, in angulo oculi perpetuo humore manans. Quidam eodem nomine appellant pusulas liventes, ac noctibus inquietantes. Et alia ulcera cum melle trito : vel bestiarum morsus ex aceto : item serpentium. Aurium vero vitia cum felle caprino, vel pari mensura mulsi : stridores cum lacte mulieris : capitis dolores, si in nares fundatur : dormiturisve, in aurem duobus succi cochlearibus, uno mellis. Succus et ad serpentium scorpionumque ictus bibitur cum mero, et ad lumborum dolores cum vini hemina potus. Sanguinem vero exscreantibus et plithisicis, distillationibus longis, vel succus, vel ex ipso cibus prodest. Item morbo regio, vel hydropicis. Et ad renum dolores, cum ptisanæ succo acetabuli mensura. Idem modus cum melle, vulvas purgat. Estur vero et contra fungorum venena : imponitur et vulneribus. Venerem stimulat : sitim sedat : ebrietates discutit ; sed oculorum aciem hebetare traditur : inflationem quoque facere, quæ tamen stomacho non noccat, ventremque molliat. Voci splendorem adfert.

Porro capitato, xxxix.

XXII. Capitato major est ad eadem effectus. Sanguini-

maladies de la poitrine et du poumon. Ses feuilles, appliquées à l'extérieur, guérissent les brûlures et les épi-nyctides, ou ulcères tuberculeux, autrement dit *syce*, qui viennent au coin des yeux, et fluent continuellement. D'autres donnent ce nom à certaines pustules livides, qui, la nuit, ne permettent aucun repos. Broyées avec du miel, ces mêmes feuilles guérissent les autres ulcères; et avec du vinaigre, les morsures des serpens et des autres animaux. Le suc, mêlé avec du fiel de chèvre, ou avec une égale quantité de vin miellé, calme les maux d'oreille; avec du lait de femme, il fait cesser les tintemens; aspiré par les narines, il apaise les douleurs de tête; ou bien encore versé dans l'oreille, à la quantité de deux cuillerées sur une seule de miel, un peu avant le sommeil. Bu avec du vin pur, il est bon pour la morsure des serpens et la piquûre des scorpions. On le donne, dans une hémine de vin, pour les douleurs des lombes. Pris seul, ou avec des alimens, il est utile à ceux qui crachent le sang, aux phthisiques, dans les rhumes invétérés, la jaunisse, l'hydropisie, et aussi dans les douleurs des reins, à la dose d'un acétabule, dans une décoction d'orge mondé. Pris à la même dose avec du miel, il purge la matrice. On prescrit le porreau contre les champignons vénéneux; on l'applique sur les blessures. Il provoque à l'amour, apaise la soif, dissipe l'ivresse; mais on dit qu'il affaiblit la vue, qu'il cause des flatuosités, que, du reste, il lâche le ventre sans nuire à l'estomac. Il donne de l'éclat à la voix.

Du porreau à tête, 3g.

XXII. Le porreau à tête possède les mêmes vertus, mais

nem rejicientibus succus ejus cum gallæ aut thuris farina, vel acacia datur. Hippocrates et sine alia mixtura dari jubet; vulvasque contractas aperire putat: fecunditatem etiam feminarum hoc cibo augeri. Contritum ex melle ulcera purgat. Tussim et distillationes thoracis, pulmonis et arteriæ vitia sanat, datum in sorbitione ptisanæ: vel crudum præter capita, sine pane, ita ut alternis diebus sumatur: vel si pura exscreentur. Sic et voci, vel Veneri, somnoque multum confert. Capita bis aqua mutata cocta, alvum sistunt, et fluxiones veteres. Cortex decoctus illitusque inficit canos.

Allio, LXI.

XXIII. Allio magna vis, magnæ utilitates contra aquarum et locorum mutationes. Serpentes abigit, et scorpiones odore: atque ut aliqui tradidere, et bestiarum omnium ictibus medetur, potu, vel cibo, vel illitu: privatim contra hæmorrhoidas prodest, cum vino redditum vomitu. Ac ne contra araneorum murium venenatum morsum valere miremur, aconitum, quod alio nomine pardalianches vocatur, debellat: item hyoscyamum: canum morsus, in quæ vulnera cum melle imponitur. Ad serpentium quidem ictus potum cum restibus suis efficacissime ex oleo illinitur, adtritisque corporum

à un plus haut degré. Dans les crachemens de sang, on en prescrit le suc, mêlé avec de la noix de galle, ou avec de la poudre d'encens, ou avec de l'acacia. Hippocrate l'ordonne seul et sans addition pour désobstruer la matrice : il croit que les femmes qui mangent du porreau deviennent plus fécondes. Broyé avec du miel, il déterge les ulcères ; pris dans une décoction d'orge mondé, il est bon pour la toux, pour les rhumes de poitrine, pour les maladies du poumon et de la gorge ; comme aussi, mangé cru, hormis la tête, sans pain, et de deux jours l'un, quand même le malade cracherait le pus. Pris de cette manière, il embellit la voix, excite à l'amour et provoque le sommeil. La tête, cuite en deux eaux, arrête le cours de ventre et les diarrhées chroniques. La pelure cuite et appliquée en liniment noircit les cheveux.

De l'ail, 61.

XXIII. L'ail a beaucoup de force, et il est très-utile quand on change d'air et d'eau. Son odeur chasse les serpens et les scorpions. Selon quelques auteurs, mangé, pris en breuvage, ou appliqué en cataplasme, il est excellent contre la piqûre de tous les animaux venimeux ; et particulièrement contre la morsure de l'hémorroïs, si on le prend dans du vin, et qu'on vomisse cette potion. Nous ne serons pas surpris qu'il guérisse la morsure de la musaraigne, puisqu'il neutralise le venin de l'aconit, autrement dit pardalianchès, celui de la jusquiame, et même celui des chiens enragés, quand on l'applique sur la plaie avec du miel. Pris en breuvage, il guérit les morsures des serpens, mais on doit appliquer ses feuilles sur la blessure ; il n'est pas moins bon pour les meur-

partibus, vel si in vesicas intumuerint. Quin et suffitu eo secundas partus evocari existimavit Hippocrates : cinere eorum cum oleo, capitis ulcera manantia sanitati restituens. Suspiriosis coctum, aliqui crudum id tritum dedere. Diocles hydropicis cum centaurio, aut in fico duplici ad evacuandam alvum : quod efficacius præstat viride cum coriandro in mero potum. Suspiriosis aliqui et tritum in lacte dederunt. Praxagoras et contra morbum regium vino miscuit : et contra ileum in oleo et pulte : sic illinens strumis quoque. Antiqui et insanientibus dabant crudum. Diocles phreneticis elixum. Contra anginas tritum imponi, et gargarizare prodest. Dentium dolorem tribus capitibus in aceto tritis immittit, vel si decocti aqua colluantur, addaturque ipsum in cava dentium. Auribus etiam instillatur succus cum adipe anserino : phthiriasis et porriginis potum, tusum item cum aceto et nitro compescit : distillationes cum lacte, vel tritum, permixtumve caseo molli : quo genere et raucitatem extenuat : vel phthisin, in fabæ sorbitione. In totum autem coctum utilius est crudo, elixumque tosto : sic et voci confert. Tineas et reliqua animalia interaneorum pellit, in aceto mulso coctum. Tenesmo in pulte medetur. Temporibus illitum elixum : et pusulis coctum cum melle, deinde tritum. Tussi cum adipe vetusto decoctum, vel cum lacte : aut

trissures, quand même des ampoules se seraient formées. Hippocrate dit que le parfum de l'ail fait sortir l'arrière-faix, et que sa cendre, pétrie avec de l'huile, guérit les ulcères humides de la tête. Quelques-uns prescrivent l'ail cuit aux asthmatiques, d'autres l'ail crû et pilé. Dioclès l'ordonne dans l'hydropisie, avec la centaurée ou dans une grosse figue, pour évacuer les eaux; mais un remède plus efficace, c'est de l'ail vert, pris dans du vin pur avec de la coriandre. D'autres prescrivent aux asthmatiques l'ail broyé dans du lait. Praxagoras le fait prendre avec du vin dans la jaunisse, et avec de l'huile et de la bouillie dans la passion iliaque : il l'applique de la même façon sur les écrouelles. Les anciens le donnaient crû à ceux qui avaient le cerveau troublé; Dioclès prescrit l'ail bouilli aux frénétiques. Pilé, et appliqué en cataplasme, ou employé en gargarisme, il est bon pour l'esquinancie. Trois têtes d'ail, broyées dans du vinaigre, soulagent le mal de dents, comme aussi la décoction d'ail dans de l'eau, si l'on s'en frotte la bouche, et qu'on mette la gousse dans le creux de la dent malade. On verse dans les oreilles le suc d'ail, mêlé à la graisse d'oie. L'ail pris en breuvage, ou pilé, et appliqué avec du vinaigre et du nitre, est utile contre la maladie pédiculaire, et fait tomber le son de la tête. Cuit dans du lait, ou broyé et mêlé avec du fromage frais, il est bon pour le rhume et pour l'enrouement; et pour la phthisie, si on le prend dans un bouillon de fèves. Au reste, l'ail est meilleur cuit que crû, et bouilli que rôti; mais de toutes ces manières il éclaircit la voix. Cuit dans de l'oxymel, il expulse les vers plats et les autres animaux qui séjournent dans les intestins. Avec de la bouillie, il fait cesser le tenesme; bouilli et appliqué sur les tempes,

si sanguis etiam excreetur, vel pura, sub pruna coctum, et cum mellis pari modo sumptum : convulsis, ruptis, cum sale et oleo. Nam cum adipe tumores suspectos sanat. Extrahit fistulis vitia cum sulphure et resina, etiam arundines cum pice. Lepras, lichenas, lentigines exulcerat, sanatque cum origano : vel cinis ejus ex oleo et garo illitus. Sic et sacros ignes. Sugillata aut liventia ad colorem reducit, combustum ex melle. Credunt et comitalem morbum sanari, si quis eo in cibo utatur ac potione. Quartanas quoque excutere potum caput unum cum laserpitii obolo in vino austero. Tussim et alio modo, ac pectorum suppurationes quantaslibet sanat, fractæ incoctum fabæ, atque ita in cibo sumptum, donec sanitatem restituat. Facit et somnos, atque in totum rubicundiora corpora. Venerem quoque stimulat cum coriandro viridi tritum, potumque e mero. Vitia ejus sunt, quod oculos hebetat, inflationes facit, stomachum lædit copiosius sumptum, sitim gignit. Cetero contra pituitam, et gallinis et gallinaceis prodest mixtum farre in cibo. Jumenta urinam reddere, atque non torqueri tradunt, si trito natura tangatur.

il en apaise les douleurs ; cuit dans du miel et réduit en cataplasme, il dessèche les pustules ; cuit dans de la vieille graisse, ou dans du lait, il guérit la toux ; cuit sous la cendre chaude, et pris avec une égale quantité de miel, il est salutaire à ceux qui crachent du sang, et même du pus. On le prescrit avec du sel et de l'huile, pour les ruptures et les contractions spasmodiques ; appliqué avec de la graisse, il guérit les tumeurs suspectes ; mêlé avec du soufre et de la résine, il attire au dehors l'humeur des fistules, et même les éclats de roseaux, si on le mêle à la poix. Appliqué avec de l'origan, il guérit la lèpre, les dartres, et enlève les taches de rousseur ; la cendre, avec de l'huile et du garum, produit le même effet ; on l'emploie de même contre les érysipèles. L'ail brûlé, et incorporé avec du miel, rend aux parties meurtries et livides leur couleur naturelle. On croit que, pris en breuvage et comme aliment, il guérit l'épilepsie, et qu'une tête d'ail avec un obole de silphium, dans du vin sec, fait cesser la fièvre quarte. Cuit avec des fèves concassées, et pris ainsi comme aliment, il guérit la toux et les suppurations de la poitrine, à quelque point qu'elles soient parvenues : on doit continuer ce régime jusqu'à parfaite guérison. L'ail provoque au sommeil et donne au corps une couleur plus vive. Broyé avec de la coriandre verte, et avalé dans du vin pur, il excite aux plaisirs de l'amour. Ce que l'ail a de mauvais, c'est que, pris avec trop peu de modération, il affaiblit la vue, cause des flatuosités, nuit à l'estomac et irrite la soif. Du reste, mêlé au grain qu'on donne aux poules, il les préserve de la pépie. On prétend que si l'on frotte d'ail broyé les parties naturelles des chevaux, ils urineront plus facilement, et sans travail.

Lactuca, XLII. Caprina, IV.

XXIV. Lactuæ sponte nascentis primum est genus ejus, quam caprinam vocant, qua pisces in mare dejecta protinus necantur, qui sunt in proximo. Hujus lac spissatum, mox in aceto pondere obolorum duum, adjecto aquæ uno cyatho, hydropicis datur. Caule et foliis contusis, adperso sale, nervi incisi sanantur. Eadem trita ex aceto, colluta matutinis bis mense, dentium dolorem prohibent.

Cæsapo, I. Isati, I. Lactuca silvatica, VII.

XXV. 7. Alterum est genus quod Græci cæsapon vocant. Hujus folia trita et cum polenta illita ulceribus medentur. Hæc in arvis nascitur. Tertium genus est in silvis nascens, isatin vocant. Hujus folia trita cum polenta vulneribus prosunt. Quarto infectores lanarum utuntur: simile erat lapatho silvestri foliis, nisi plura haberet, et nigriora. Sanguinem sistit. Phagedænas et putrescentia ulcera, quæ serpunt, sanat: item tumores ante suppurationem. Contra ignem sacrum radice vel foliis prodest: vel ad lienes pota. Hæc propria singulis.

De la laitue, 42. De la laitue de chèvre, 4.

XXIV. La première espèce de laitue sauvage est celle que l'on appelle laitue de chèvre : jetée dans la mer, elle fait périr sur-le-champ les poissons qui en approchent. Son lait épais, et mêlé avec du vinaigre, au poids de deux oboles dans un cyathe d'eau, est prescrit pour l'hydropisie. Sa tige et ses feuilles, pilées avec du sel, guérissent les nerfs coupés ; broyées dans du vinaigre, elles préservent du mal de dents, si on se lave la bouche deux fois par mois, le matin, avec cette composition.

Du cæsapon, 1. De l'isatis, 1. De la laitue sauvage, 7.

XXV. 7. La seconde espèce de laitue sauvage est appelée par les Grecs *cæsapon*. Les feuilles, broyées et appliquées en cataplasme avec du gruau, guérissent les ulcères. Cette plante croît dans les campagnes. La troisième espèce naît dans les bois : on l'appelle *isatis*. Ses feuilles, broyées avec du gruau, sont bonnes pour les plaies. Les teinturiers en laine emploient la quatrième espèce : ses feuilles ressemblent à celles du lapathum sauvage, mais elles sont plus nombreuses et d'un vert plus foncé. Cette plante arrête les hémorragies ; elle guérit les phagédaines et les ulcères putrides qui s'étendent en rongant les parties saines ; elle dissipe les tumeurs, sans les amener à suppuration. Sa racine et ses feuilles, appliquées à l'extérieur, sont bonnes pour l'érysipèle ; la décoction de la racine est utile dans les maux de rate. Telles sont les vertus propres à chaque espèce de laitue sauvage.

Hieracia, xvii.

XXVI. Communia autem sponte nascentibus, candor, caulis interdum cubitali longitudine, et ipsi, et foliis scabritia. Ex his rotunda folia et brevia habentem sunt qui hieraciam vocent, quoniam accipitres scalpendo eam succoque oculos tinguendo, obscuritatem, quum sensere discutiant. Succus omnibus candidus, viribus quoque papaveri similis : carpitur per messes inciso caule : conditur in fictili novo, ad multa præclarus. Sanat omnia oculorum vitia cum lacte mulierum : argema, nubeculas, cicatrices, adustionesque omnes : præcipue caligines. Imponitur etiam oculis in lana contra epiphoras. Idem succus alvum purgat, in posca potus ad duos obolos. Serpentium ictibus medetur in vino potus. Et folia, thyrisque triti, ex aceto bibuntur. Vulneri illinuntur maxime contra scorpionum ictus. Verum contra phalangia commixto vino ex aceto. Aliis quoque venenis resistunt, exceptis quæ strangulando necant, aut iis quæ vesicæ nocent : item psimmythio excepto. Imponuntur et ventri ex melle atque aceto, ad detrahenda vitia alvi. Urinæ difficultates, succus emendat. Cratevas eum et hydropicis obolis duobus in aceto et cyatho vini dari jubet.

De l'hieracia ou épervière, 17.

XXVI. Ce qui est commun à toutes les laitues, c'est d'être blanches, d'avoir la tige rude, quelquefois d'une coudée de haut, et les feuilles scabres. L'espèce à feuilles courtes et rondes est appelée par quelques auteurs *hieracia*, parce que les éperviers viennent entamer cette plante et se frotter les yeux de son suc, pour s'éclaircir la vue, quand ils sentent qu'elle est trouble. Le suc de toutes ces laitues est blanc : il a les mêmes vertus que celui du pavot. On le recueille dans le temps de la moisson, en incisant la tige de la plante : on le garde dans des pots de terre neufs ; c'est un excellent remède pour plusieurs maux. Mêlé avec du lait de femme, ce suc guérit toutes les maladies des yeux, telles que les taches, les nuages, les cicatrices, les brûlures, et surtout il éclaircit la vue trouble. On l'applique sur les yeux dans de la laine, pour guérir les fluxions. Pris au poids de deux oboles dans de l'oxycrat, il purge le ventre. Avalé dans du vin, il est bon contre la morsure des serpens, comme aussi les feuilles et les têtes de la plante, broyées et prises dans du vinaigre. On les applique sur la plaie, et particulièrement sur la piqûre du scorpion. On les prend dans du vin et du vinaigre pour la morsure de l'araignée phalange. Enfin elles neutralisent les autres poisons, excepté ceux qui tuent par strangulation, ou ceux qui attaquent la vessie. Elles ne peuvent rien contre la céruse. On les applique en cataplasme sur le ventre, avec du vinaigre et du miel, pour évacuer les mauvaises humeurs. Le suc est très-bon contre les rétentions d'urines. Cratevas le prescrit pour l'hydropisie, à la dose de deux oboles, dans un cyathe de vin et un peu de vinaigre.

Quidam et e sativis colligunt succum minus efficacem. Peculiares earum vires partim jam dictæ sunt, somnum faciendi, Veneremque inhibendi, æstum refrigerandi, stomachum purgandi, sanguinem augendi. Non paucae restant : quoniam et inflationes discutiunt, ructusque lenes faciunt. Nec ulla res in cibis aviditatem incitat, inhibetque eadem : in causa alterutraque modus est. Sic et alvum copiosiores solvunt, modicæ sistunt. Lentitiam pituitæ digerunt, atque, ut aliqui tradiderunt, sensus purgant. Stomachi dissoluti utilissime adjuvantur : in eo usu et oxypori obolis asperitatem addito dulci ad intiunctum aceti temperantes : si crassior pituita sit, scillite aut vino absinthite : et si tussis sentiatur, hysopite admixto. Dantur cœliacis cum intubo erratico, et ad duritiam præcordiorum. Dantur et melancholicis candidæ copiosiores, et ad vesicæ vitia. Praxagoras et dysentericis dedit. Ambustis quoque prosunt recentibus, priusquam pustulæ fiant, cum sale illitæ. Ulcera etiam, quæ serpunt, coercent, initio cum aphronitro, mox in vino. Tritæ igni sacro illinuntur. Convulsa et luxata caulibus tritis cum polenta ex aqua frigida leniunt. Eruptiones papularum, ex vino et polenta. In cholera quoque coctas patinis dederunt : ad quod utilissimæ quam maximi caulis et amaræ. Quidam lacte infundunt. Defervefacti hi caules et stomacho utilissimi traduntur :

On recueille aussi le suc des laitues cultivées, mais il est moins efficace. Nous avons déjà fait connaître quelques-unes de leurs vertus spéciales, par exemple de provoquer au sommeil, d'éteindre les feux de l'amour, de rafraîchir, de purger l'estomac, d'augmenter la masse du sang. Elles en ont beaucoup d'autres encore. Elles dissipent les flatuosités et diminuent les gonflemens d'estomac. Une de leurs propriétés particulières, c'est d'augmenter et de diminuer l'appétit, suivant qu'on les prend en plus ou moins grande quantité. De même, si l'on en mange beaucoup, elles lâchent le ventre; si l'on en mange peu, elles le resserrent. Elles atténuent les viscosités de la pituite, et, selon quelques auteurs, rendent les sens plus nets. Elles fortifient les estomacs relâchés : mais, pour obtenir cet effet, il faut les manger avec un peu de sauce au vinaigre et à la saumure, adoucie avec du vin cuit. Si la pituite est trop épaisse, on les mangera avec du vin de scille, ou du vin d'absinthe; s'il y a de la toux, avec du vin d'hyssope. On les donne pour la diarrhée, avec la chicorée sauvage, et pour désobstruer les viscères. On prescrit les laitues blanches, mais en grande quantité, dans la mélancolie et dans les maladies de la vessie. Praxagoras les ordonnait dans la dysenterie. Appliquées avec du sel, elles sont bonnes pour les brûlures récentes, pourvu qu'il ne soit pas encore survenu d'ampoules. Elles arrêtent les ulcères rongeurs, si on les applique d'abord avec de la fleur de nitre, ensuite avec du vin. Broyées, on les met sur les érysipèles. Broyées avec du gruau dans de l'eau froide, leurs tiges sont bonnes pour les luxations et les contractions spasmodiques; appliquées avec du vin et du gruau, elles arrêtent les exanthèmes. On les sert cuites à ceux qui ont

sicut somno æstiva maxime lactuca, et amara lactensque, quam meconidem vocavimus. Hoc lac et oculorum claritati cum muliebri lacte utilissimum esse præcipitur, dum tempestive capiti inunguntur. Oculorum quoque vitiis, quæ frigore in iis facta sunt. Miras et alias invenio laudes: thoracis etiam vitiis prodesse, non secus quam abrotonum, cum melle attico. Purgari et feminas hoc cibo. Semen sativarum contra scorpiones dari. Semine trito ex vino poto et libidinum imaginationes in somno compesci. Tentantes aquas non nocere lactucam edentibus. Quidam tamen frequentiores in cibo officere claritati oculorum tradiderunt.

Beta, xxiv.

XXVII. 8. Nec beta sine remediis est utraque. Sive candidæ, sive nigræ radix recens, et madefacta, suspensa funiculo, contra serpentium morsus efficax esse dicitur. Candida beta cocta, et cum allio crudo sumpta contra tinea: nigræ radices ita in aqua coctæ, porriginem tollunt: atque in totum efficacior esse traditur nigra. Succus ejus capitis dolores veteres, et vertigines: item sonitum aurium sedat, infusus iis: ciet urinam. Medetur

trop de bile; dans ce cas, les laitues amères et à longues tiges sont les meilleures; on les emploie aussi en lavemens avec du lait. On prétend que ces tiges, bouillies, sont fort bonnes pour l'estomac, et que les laitues d'été, et l'espèce amère et laiteuse, qu'on appelle *méconide*, sont les plus propres à provoquer le sommeil. Le lait de ces plantes, mêlé au lait de femme, éclaircit très-bien la vue, pourvu qu'on s'en frotte la tête en temps utile; il est encore excellent pour les maux d'yeux causés par le froid. On attribue à la laitue d'autres propriétés merveilleuses: ainsi, avec du miel attique, elle n'est pas moins bonne que l'abrotonum (aurone), pour les maladies de poitrine; elle purge les femmes qui en mangent. Sa graine est utile contre la piqûre du scorpion; cette même graine, broyée et prise dans du vin, prévient les idées lascives qui se présentent dans le sommeil; les eaux malfaisantes, qui troublent le cerveau, ne nuisent point à ceux qui mangent de la laitue. Quelques auteurs, toutefois, prétendent que, si l'on en fait un usage trop fréquent, elle affaiblit la vue.

De la bette, 24.

XXVII. 8. Les bettes noire et blanche ont aussi leurs vertus médicinales. Leur racine fraîche et mouillée, suspendue à un cordon, est, dit-on, très-bonne contre la morsure des serpens. La bette blanche, cuite et mangée avec de l'ail crû, tue le ver nommé *ténia*. La racine de la bette noire, cuite à l'eau, enlève les crasses de la tête. Au reste, on croit que cette dernière a plus de vertu que la blanche. Son suc calme les douleurs chroniques de tête et les vertiges; injecté dans les oreilles, il fait cesser le tintement; il provoque les urines. La décoc-

dysentericis injecta, et morbo regio. Dolores quoque dentium sedat illitus succus. Et contra serpentium ictus valet, sed hujus radici dumtaxat expressus. Ipsa vero decocta, pernionibus occurrit. Albæ succus epiphoras sedat, fronte illita : aluminis pauco admixto, ignem sacrum. Sine oleo trita licet, adustis medetur. Et contra eruptiones papularum, coctaque eadem contra ulcera quæ serpunt, illinitur : et alopeciis cruda, et ulceribus quæ in capite manant. Succus ejus cum melle naribus inditus caput purgat. Coquitur et cum lenticula addito aceto, ut ventrem molliat. Validius cocta fluxiones stomachi sistit et ventris.

Limonio, sive neuroide, III.

XXVIII. Est et beta silvestris, quam limonion vocant, alii neuroides, multum minoribus tenuioribusque ac densioribus foliis, undecim sæpe, caule lili. Hujus folia ambustis utilia, gustantium os adstringunt. Semen acetabuli mensura dysentericis prodest. Aqua et e radice coctæ maculas vestium elui dicunt, itemque membranarum.

Intubo, IV.

XXIX. Intubi quoque non extra remedia sunt. Succus eorum cum rosaceo et aceto capitis dolores lenit.

tion de la plante, en lavemens, guérit la dysenterie et la jaunisse. Le suc, appliqué sur les dents, en apaise la douleur. Il est bon contre la morsure des serpens, pourvu que ce soit le suc de la racine. La décoction empêche les engelures aux talons. Le suc de la bette blanche, en frictions sur le front, arrête les fluxions des yeux; mêlé avec un peu d'alun, il dissipe l'érysipèle. La plante broyée, même sans huile, guérit les brûlures. On l'emploie aussi contre les exanthèmes : on l'applique cuite sur les ulcères qui s'étendent; crue, elle est un bon remède pour l'alopecie et pour les ulcères humides de la tête. Le suc, introduit dans les narines avec du miel, purge le cerveau. Cuite avec des lentilles et un peu de vinaigre, la bette lâche le ventre; mais cuite à un degré plus fort, elle le resserre et arrête les selles trop abondantes.

Du limonion, ou névroïde, 3.

XXVIII. Il y a encore une espèce de bette sauvage, appelée par les uns *limonion*, par les autres *névroïde*. Ses feuilles sont beaucoup plus petites, plus menues, plus ramassées que dans l'espèce cultivée, et souvent au nombre de onze; elle a la tige du lis. Les feuilles sont bonnes pour la brûlure, et ont un goût astringent. La graine, à la dose d'un acétabule, est utile dans la dysenterie. On dit que la décoction de la plante avec sa racine enlève les taches des habits et même du parchemin.

De la chicorée, 4.

XXIX. La chicorée a aussi ses usages médicaux. Son suc, appliqué avec de l'huile rosat et du vinaigre, apaise

Idemque cum vino potus, jocineris, et vesicæ: et epiphoris imponitur. Erraticum apud nos quidam ambulam appellavere. In Ægypto cichorium vocant, quod silvestre sit. Sativum autem serin, quod est minus et venosius.

Cichorio, sive chresto, sive pancratio, quæ ambubaia, XII.

XXX. Cichorium refrigerat. In cibo sumptum et illitum collectiones, succusque decocti ventrem solvit. Jocineri, et renibus, et stomacho prodest. Item si in aceto decoquatur, urinæ tormina discutit. Item morbum regium e mulso, si sine febre sit. Vesicam adjuvat. Mulierum quidem purgationibus decoctum in aqua adeo prodest, ut emortuos partus trahat. Adjiciunt Magi, succo totius cum oleo perunctos favorabiliores fieri, et quæ velint, facilius impetrare. Quod quidem propter singularem salubritatem aliqui chreston appellant, alii pancration.

Hedypnoide, IV.

XXXI. Et silvestre genus, alii hedypnoida vocant, latioris folii. Stomachum dissolutum adstringit cocta: crudaque sistit alvum. Et dysentericis prodest, magis cum lente. Rupta et convulsa utroque genere juvantur. Item quibus genitura valetudinis morbo effluat.

les douleurs de tête; avalé dans du vin, il est bon pour le foie et la vessie; on l'applique sur les fluxions des yeux. Quant à la chicorée sauvage, quelques-uns de nos auteurs l'appellent *ambula*, les Égyptiens *cichorium*, et la chicorée cultivée *seris*: cette dernière est plus petite, et ses feuilles ont des nervures plus fortes.

Du *cichorium* ou *chreston*, autrement *pancratium* ou *ambubaia*, 12.

XXX. La chicorée sauvage est rafraîchissante. Appliquée sur les abcès, elle les mûrit; sa décoction lâche le ventre. Elle est bonne pour le foie, les reins et l'estomac. Bouillie dans le vinaigre, elle calme les douleurs de la strangurie. Prise dans du vin miellé, elle dissipe la jaunisse, pourvu qu'il n'y ait pas de fièvre. Elle est bonne pour la vessie. Sa décoction favorise singulièrement l'évacuation des menstrues; elle entraîne jusqu'aux fœtus morts dans le ventre de la mère. Suivant les auteurs de l'école des Magcs, en se frottant avec de l'huile et le suc de l'herbe entière, on se rend les personnes plus favorables, et on obtient plus facilement ce qu'on souhaite. Tant de vertus salutaires ont valu à cette chicorée le nom de *chreston*, ou de *pancratium*.

De l'hédypnoïs, 4.

XXXI. Il est une sorte de chicorée sauvage à larges feuilles, appelée par les Grecs *Hedypnoïs*; cuite, elle fortifie les estomacs relâchés; crue, elle resserre le ventre. Elle s'emploie dans la dysenterie, surtout avec des lentilles. Cette espèce, comme la précédente, est bonne pour les ruptures, les contractions spasmodiques, et pour ceux qui sont attaqués de la gonorrhée.

Seris genera, III. Medicinæ, VII.

XXXII. Seris et ipsa lactucæ simillima, duorum generum est : silvestris melior. Nigra ista, et æstiva. Deterior hiberna, et candidior. Utraque amara, stomacho utilissima, præcipue quem humor vexat. Cum aceto in cibo refrigerant vel illitæ : discutiuntque et alios, quam stomachi. Cum polenta silvestrium radices stomachi causa sorbentur : et cardiacis illinuntur super sinistram mammam ex aceto. Omnes hæ et podagricis utiles, et sanguinem rejicientibus : item quibus genitura fluat, alterno dierum potu. Petronius Diodotus, qui anthologoumena scripsit, in totum damnavit serin multis modis arguens. Sed aliorum omnium opinio resistit.

Brassica, LXXXVII. Catonis placita.

XXXIII. 9. Brassicæ laudes longum est exsequi, quum et Chrysippus medicus privatim volumen ei dicaverit, per singula membra hominis digestum, et Dieuches : ante omnes autem Pythagoras et Cato non parcius celebrarint. Cujus sententiam vel eo diligentius persequi par est, ut noscatur qua medicina usus sit annis DC

Espèces de *seris*, 3 : remèdes, 7.

XXXII. L'espèce nommée *seris* ressemble beaucoup à la laitue. Il y en a deux espèces ; la sauvage est la meilleure : elle est noirâtre et n'existe que pendant l'été ; l'autre , qui se conserve en hiver , est plus blanche , mais de qualité inférieure. Toutes deux sont amères , excellentes pour l'estomac , surtout s'il est chargé d'humeurs. Mangées au vinaigre , ou appliquées extérieurement , elles rafraîchissent , et chassent les humeurs non-seulement de l'estomac , mais des autres parties du corps. Les racines des espèces sauvages , prises avec du gruau , fortifient l'estomac ; réduites en cataplasmes , on les applique , avec du vinaigre , sur la mamelle gauche des cardiaques. Toutes les chicorées , prises en breuvage de deux jours l'un , sont bonnes pour la goutte , le crachement de sang et la gonorrhée. Petronius Diodotus , auteur d'une anthologie médicale , condamne absolument le *seris* , et appuie son opinion d'une foule de motifs ; mais tous les autres médecins sont d'un avis contraire.

Du chou , 87. Recettes adoptées par Caton.

XXXIII. 9. Il serait trop long d'énumérer toutes les qualités du chou. D'ailleurs le médecin Chrysippe a composé à ce sujet un ouvrage spécial , où les vertus de cette plante sont examinées respectivement à chaque partie du corps ; Dieuchès en a fait autant ; mais Pythagore et Caton , avant tous , se sont étendus avec complaisance sur ce sujet. Il est à propos de rapporter les opinions de Caton , ne fût-ce que pour faire apprécier le système mé-

romanus populus. In tres species divisere eam Græci antiquissimi. Crispam, quam selinoidea vocaverunt, a similitudine apii foliorum, stomacho utilem, alvum modice mollientem. Alteram leam, latis foliis e caule exeuntibus. Unde caulodem quidam vocavere, nullius in medicina momenti. Tertia est proprie appellata crambe, tenuioribusque foliis, et simplicibus, densissimisque : amarior, sed efficacissima. Cato crispam maxime probat, dein lævem grandibus foliis, caule magno. Prodesse tradit capitis doloribus, oculorum caligini scintillationique, lieni, stomacho, præcordiis, crudam ex aceto et melle, coriandro, ruta, menta, laseris radícula, sumptam acetabulis duobus matutino : tantamque esse vim, ut qui terat hæc, validiorem fieri se sentiat. Ergo vel cum his tritam, sorbendam, vel ex hoc intinctu sumendam. Podagræ autem morbisque articulariis illini cum rutæ, coriandri, et salis mica, hordei farina. Aqua quoque ejus decocta, nervos articulosque mire juvari. Si foveantur vulnera, et recentia et vetera, etiam carcinomata, quæ nullis aliis medicamentis sanari possint. Foveri prius aqua calida jubet, ac bis die tritam imponi. Sic etiam fistulas, et luxata, et humores evocari, quæque discuti opus sit. Insomnia etiam, vigiliisque tollere decoctam, si jejuni edant quamplurimam ex oleo, et sale. Tormina, si decocta iterum decoquatur,

dical en vogue pendant six cents ans chez les Romains. Les plus anciens auteurs grecs ont établi trois espèces de choux : le chou frisé, qu'ils appellent *selinoïde* à cause de la ressemblance de ses feuilles avec celles de l'ache (sélinon) ; il est bon à l'estomac et lâche doucement le ventre : la seconde espèce est le chou lisse, ou *lea* ; ses feuilles larges partent de la tige, ce qui lui a fait donner aussi le nom de *caulodes* ; il n'est d'aucun usage en médecine : la troisième espèce est le *crambe*, à feuilles minces, simples et très-ramassées. Il est le plus amer de tous, mais le meilleur en médecine. Caton cependant préfère le chou frisé, ensuite le chou lisse, à grandes feuilles et à tige grosse. Pour les douleurs de tête, les nuages de la vue et les éblouissemens, pour les maux de rate, d'estomac, de poumon et de cœur, rien, dit-il, de plus salutaire que le chou crû, broyé avec du miel, du vinaigre, de la rue, de la coriandre, de la menthe, de la racine de laser, et pris tous les matins, au poids de trente drachmes. Cette composition a tant de vertus, que celui qui la broie se sent fortifié. Il faut manger le chou préparé de cette manière, ou du moins avec la sauce indiquée. Réduit en cataplasme, avec de la farine d'orge, et un peu de rue, de coriandre et de sel, il s'applique utilement sur la goutte des pieds et des mains ; les fomentations, avec la décoction de chou, fortifient singulièrement les nerfs et les articulations ; ces fomentations sont excellentes pour les plaies anciennes et nouvelles, et même pour les chancres, qui ne peuvent se guérir par aucun autre moyen. Caton veut qu'on les fomenté d'abord avec de l'eau chaude, et que, deux fois par jour, on y applique du chou broyé. On parvient, selon lui, à guérir, par la même méthode, les luxations et les fistules, et à attirer ou à résoudre les humeurs, selon le besoin. Le chou cuit,

addito oleo, sale, cumino, polenta. Si ita sumatur sine pane, magis profuturam. Inter reliqua bilem detrahi per vinum nigrum pota. Quin et urinam ejus qui brassicam esitaverit, adservari, calefactamque nervis remedio esse. Verba ipsius subjiciam, ad exprimendam sententiam : « Pueros pusillos si laves ea urina : numquam debiles fieri ». Auribus quoque ex vino succum brassicæ tepidum instillari suadet. Idque etiam tarditati audientum prodesse adseverat. Et impetigines eadem sanari siue ulcere.

Græcorum placita.

XXXIV. Græcorum quoque opiniones jam et Catonis causa poni convenit, in iis dumtaxat, quæ ille prætermiserit. Biles detrahere non percoctam putant. Item alvum solvere, eademque bis coctam sistere. Vino adversari, ut inimicam vitibus. Antecedente in cibis caveri ebrietatem, postea sumpta crapulam discuti. Hunc cibum et oculorum claritati conferre multum : succum vero crudæ vel angulis tantum tactis cum attico melle, plurimum. Facillime concoqui, ciboque eo sensus purgari. Erasistrati schola clamat, nihil esse utilius stomacho nervisque, idco et paralyticis et tremulis dari jubet, et

mangé à jeun en grande quantité avec de l'huile et du sel, empêche l'insomnie et provoque le sommeil : cuit une seconde fois avec de l'huile, du sel, du cumin et du gruau, il fait cesser les tranchées ; si on le mange sans pain, préparé de cette manière, il sera plus efficace. Entre autres propriétés du chou, il purge la bile, si on le prend dans du gros vin. L'urine même d'un homme qui aura mangé des choux, gardée et chauffée, est un bon remède pour les nerfs. Je rapporterai les paroles mêmes de Caton, pour mieux faire entendre sa pensée : « Si on lave les petits enfans avec cette urine, ils ne seront jamais faibles. » Il conseille encore, pour les maux d'oreilles et la dureté de l'ouïe, le suc de chou mêlé avec du vin, et injecté dans les oreilles. De plus, les choux, appliqués sur les dartres vives, les guérissent sans ulcération.

Opinions des Grecs.

XXXIV. Il convient maintenant de rapporter les opinions des Grecs sur les choux, mais seulement pour suppléer à ce que Caton a omis sur cette matière. Ils pensent que les choux, à demi cuits, évacuent la bile et lâchent le ventre, mais qu'étant cuits deux fois, ils le resserrent. Le chou est ennemi du vin, à cause de son antipathie avec la vigne. Si l'on en mange avant de boire, il prévient l'ivresse ; si l'on en mange après avoir bu, il la dissipe. Employé comme aliment habituel, il contribue à fortifier la vue ; mais le suc du chou crû, mêlé avec du miel attique et dont on aura seulement touché le coin des yeux, produira encore mieux cet effet. Les choux sont d'une digestion facile, et ceux qui en mangent ont les sens plus nets. L'école d'Érasistrate soutient que rien

sanguinem exscreantibus. Hippocrates cœliacis et dysentericis bis coctam cum sale. Item ad tenesimum, et renum causa : lactis quoque ubertatem puerperis hoc cibo fieri judicans, et purgationem feminis. Crudus quidem caulis si mandatur, partus quoque emortuos pellit. Apollodorus adversus fungorum venena semen aut succum bibendum censet. Philistion opisthotonicis succum ex lacte caprino cum sale et melle. Invenio et a podagra liberatos edendo eam, decoctæque jus bibendo. Hoc et cardiacis datum, et comitialibus morbis, addito sale. Item splenicis in vino albo per dies XL. Ictericis, nec non et phreneticis radicis crudæ succum gargari-zandum bibendumque demonstrat. Contra vero singultus cum coriandro et anetho, melle ac pipere, ex aceto.

Illitam quoque prodesse inflationibus stomachi. Item serpentium ictibus, et sordidis ulceribus, ac vetustis, vel ipsam aquam cum hordeacea farina: succum ex aceto, vel cum feno græco. Sic aliqui et articulis, podagrisque imponunt. Epinyctidas, ac quidquid aliud serpit in corpore, imposita levat. Item repentinas caligines : has et si manditur ex aceto. Sugillata vero et alios livores pura illita. Lepras, et psoras cum alumine rotundo ex aceto.

n'est meilleur pour l'estomac et les nerfs, que le chou ; aussi, l'ordonne-t-elle dans la paralysie, les tremblemens nerveux et les crachemens de sang. Hippocrate l'ordonne, cuit deux fois avec du sel, pour la diarrhée, la dysenterie, le tenesme et les douleurs de reins ; le chou, suivant lui, fait venir beaucoup de lait aux nouvelles accouchées, et favorise l'évacuation périodique. La tige, mangée crue, expulse le fœtus mort dans la matrice. Apollodore recommande, contre les champignons vénéneux, la graine ou le suc de chou en potion. Philistion prescrit ce même suc dans l'opisthote, avec du lait de chèvre, du sel et du miel. Je trouve des exemples de personnes délivrées de la goutte par l'usage habituel des choux comme aliment, et par le bouillon de ce même légume. On a donné aussi ce bouillon, avec du sel, à des cardiaques et à des épileptiques : on l'a administré dans du vin blanc, pendant quarante jours, contre les obstructions de la rate. Les personnes attaquées de la jaunisse et les frénétiques devront boire le suc de la racine du chou crû, et s'en gargariser. Ce même suc, avec de la coriandre, de l'aneth, du poivre et du miel, fera cesser le hoquet.

Le chou, appliqué sur l'estomac, en dissipe les gonflemens. La décoction avec de la farine d'orge, appliquée à l'extérieur, guérit les morsures des serpens, et les ulcères putrides et invétérés ; il en est de même du suc, mêlé avec du vinaigre ou du fenugrec. Ce remède est également employé pour la goutte des pieds et des mains. Le chou, appliqué à l'extérieur, guérit les épinyctides, et tous les ulcères rongeurs, comme aussi les éblouissemens soudains ; l'effet est le même, si on le mange avec du vinaigre. Appliqué seul, il est bon pour les contusions

Sic et fluentes capillos retinet. Epicharmus testium et genitalium malis hanc utilissime imponi asserit. Efficacius eandem cum faba trita. Item convulsis cum ruta. Contra ardorem febrium et stomachi vitia cum rutæ semine : et ad secundas. Et muris aranei morsus, foliorum aridorum farina alterutra parte exinanit.

Cyma.

XXXV. Ex omnibus brassicæ generibus suavissima est cyma, etsi inutilis habetur, difficilis in coquendo, et renibus contraria. Illud quoque non est omittendum, aquam decoctæ, ad tot usus laudatam, foetere humi effusam. Stirpium brassicæ aridorum cinis, inter caustica intelligitur. Ad coxendicum dolores cum adipe vetusto. At cum lasere et aceto in vicem psilothri evulsis illitus pilis, nasci alios prohibet. Bibitur et cum oleo subfervefactus, vel per se elixus, ad convulsa et rupta intus, lapsumque ex alto.

Nulla ergo sunt crimina brassicæ? immo vero apud eosdem animæ gravitatem facere, dentibus et gingi-

et les meurtrissures. Mêlé avec de l'alun en boule et du vinaigre, il guérit la lèpre et la gale; cette composition empêche aussi les cheveux de tomber. Suivant Épicharme, le chou, appliqué en cataplasme, est très-bon pour les maladies des testicules et des parties naturelles; meilleur encore, avec des fèves pilées. Avec de la rue, il est utile pour les contractions spasmodiques; avec la graine de cette plante, pour l'ardeur de la fièvre et les maux d'estomac, et pour faire sortir l'arrière-faix. La poudre des feuilles de chou sèches, guérit les morsures de la musaraigne, en purgeant par haut et par bas.

Des tendrons.

XXXV. Dans toutes les espèces de choux, la partie la plus agréable au goût ce sont les tendrons: mais ils ne sont d'aucun usage en médecine; il sont même d'une digestion difficile, et contraires aux reins. Nous devons remarquer que la décoction de chou, dont l'usage est préconisé pour tant de maladies, répand une fort mauvaise odeur quand on la verse à terre. On a reconnu que la cendre des trognons de chou brûlés secs était un caustique. Mêlée avec de la vieille graisse, elle est employée pour la sciatique. Appliquée avec du laser et du vinaigre, en forme de dépilatoire, sur les endroits dont on a arraché le poil, elle empêche qu'il n'en renaisse d'autres. Bouillie quelques instans dans l'huile, ou dans l'eau pure, on la fait prendre pour les contractions spasmodiques, les ruptures et les chutes faites d'un lieu élevé.

Mais quoi! le chou n'a-t-il donc aucune qualité nuisible? Les auteurs que j'ai cités m'apprennent qu'il rend

vis nocere : et in Ægypto propter amaritudinem non estur.

Brassica silvestris, xxvii.

XXXVI. Silvestris, sive erraticæ immenso plus effectus laudat Cato, adeo ut aridæ quoque farinam in olfactorio collectam, vel odore tantum naribus raptò, vitia earum graveolentiamque sanare adfirmet. Hanc alii petræam vocant, inimicissimam vino, quam præcipue vitis fugiat : aut si non possit fugere, moriatur. Folia habet una, parva, rotunda, lævia, plantis oleris similior, candidior sativa, et hirsutior. Hanc inflationibus mederi, melancholicis quoque, ac vulneribus recentibus, cum melle, ita ne solvantur ante diem septimum : strumis, fistulis, in aqua contritam, Chrysippus auctor est. Et alii vero compescere mala corporis quæ serpent : nomas vocant. Item excrescentia absumere. Cicatrices ad planum redigere. Oris ulcera et tonsillas, manducatam et coctam, succo gargarizato cum melle tollere. Item psoras, et lepras veteres, ipsius tribus partibus cum duabus aluminis in aceto acri illitis. Epicharmus satis esse eam contra canis rabiosi morsum imponi. Melius si cum lasere, et aceto acri. Necari quoque canes ea, si detur ex carne. Semen ejus tostum auxiliatur contra serpentes, fungos, tauri sanguinem. Folia cocta splenicis in cibo data, et

l'haleine mauvaise , qu'il gâte les dents et les gencives : en Égypte il est même si amer , qu'on ne saurait en manger.

Du chou sauvage , 27.

XXXVI. Caton élève les vertus du chou sauvage infiniment au dessus de celles des autres espèces. Ainsi, il affirme qu'après avoir séché et pulvérisé le chou , il suffit d'en aspirer la poudre par les narines, ou de la flairer seulement, pour guérir tous les maux de nez et la mauvaise odeur qui en est la suite. Quelques-uns donnent à cette espèce le nom de *pétrée*. Elle est extrêmement ennemie du vin ; aussi, la vigne cherche-t-elle à l'éviter par dessus tout : si elle ne peut y réussir, elle meurt. Le chou sauvage ne varie point dans la forme de ses feuilles, qui sont petites, rondes et lisses. Il ressemble beaucoup au chou cultivé, mais il est plus blanc et plus chargé de poils rudes. Selon Chrysippe, il dissipe les gonflemens et la bile ; appliqué avec le miel, il est bon pour les plaies récentes, pourvu qu'on ne l'ôte pas avant le septième jour ; broyé dans l'eau, pour les écrouelles et la fistule. Selon d'autres, il arrête les ulcères rongeurs, appelés *nomes*, consume les excroissances et applanit les cicatrices. Si on le mange cuit, ou si l'on se gargarise avec son suc, mêlé avec du miel, il guérit les ulcères de la bouche et les gonflemens des amygdales. Appliquées à l'extérieur, trois parties de ce chou, avec deux d'alun et de fort vinaigre, guérissent la gale et la lèpre invétérée. Épicharme dit qu'il suffit de l'appliquer sur la morsure d'un chien enragé pour la guérir ; l'effet sera plus sûr en y ajoutant du laser et de bon vinaigre. Il fait périr les chiens à qui on en donne avec de la chair. Sa graine

cruda illita cum sulphure et nitro prosunt. Item mammaram duritiæ. Radicum cinis uvæ in faucibus tumentis tactu medetur : et parotidas cum melle illitus reprimit : serpentium morsus sanat. Virium brassicæ unum et magnum argumentum addemus, et mirabile. Crustæ si occupent intus vasa omnia, in quibus aquæ fervent in tantum, ut non sit eas avellere, si brassica in iis decoquatur, abscedunt.

Lapsana, 1.

XXXVII. Inter silvestres brassicas et lapsana est, pedalis altitudinis, hirsutis foliis, sinapi similis, nisi candidior esset flore. Coquitur in cibo. Alvum lenit et mollit.

Marina brassica, 1.

XXXVIII. Marina brassica vehementissime ex omnibus alvum ciet. Coquitur propter acrimoniam cum pingui carne, stomacho inimicissima.

Scilla, xxiii.

XXXIX. Scillarum in medicina alba est quæ masculus, femina nigra. Quæ candidissima fuerit, utilissima erit. Huic aridis tunicis direptis quod reliquum e vivo

rôtie est un bon antidote contre le venin des serpens, les champignons vénéneux, et le sang de taureau. Ses feuilles, mangées cuites, ou appliquées crues avec du soufre et du nitre, sont utiles pour les obstructions de la rate, et la dureté des mamelles. La cendre de ses racines, si l'on en touche la luette, guérit l'enflure de cette partie; appliquée avec du miel, elle dissipe les parotides. Elle guérit les morsures des serpens. Pour preuve de la grande force du chou, je ne citerai plus qu'un seul fait, mais propre à étonner : quand les vaisseaux, dans lesquels on fait bouillir de l'eau, sont incrustés d'une couche terreuse qu'il est impossible d'enlever, on y fait bouillir des choux, et l'enduit tombe sur-le-champ.

De la lapsane, 1.

XXXVII. La lapsane est encore une espèce de chou sauvage; elle a un pied de haut : ses feuilles velues ressemblent parfaitement à celles du navet; mais sa fleur est plus blanche. On la mange cuite; elle amollit et lâche doucement le ventre.

Du chou marin, 1.

XXXVIII. Le chou marin est le plus purgatif de tous les choux : pour corriger son acrimonie, on le fait cuire dans des viandes grasses. Il est fort contraire à l'estomac.

De la scille, 23.

XXXIX. Ce que l'on appelle en médecine scille mâle, est la blanche; la scille femelle, est la noire. Plus une scille est blanche, meilleure elle est. Après avoir enlevé

est, consectum suspenditur lino, modicis intervallis. Postea arida frusta in cadum aceti quam asperrimi pendencia immerguntur, ita ne ulla parte vas contingant. Hoc fit ante solstitium, diebus XLVIII. Gypso deinde oblitus cadus ponitur sub tegulis, totius diei solem accipientibus. Post eum numerum dierum tollitur vas, scilla eximitur, acetum transfunditur. Hoc clariorem oculorum aciem facit. Salutare est stomachi laterumque doloribus, parum sumptum binis diebus. Sed tanta vis est, ut avidius haustum extinctæ animæ momento aliquo speciem præbeat. Prodest et gingivis, et dentibus, vel per se commanducata. Tineas et reliqua ventris animalia pellit ex aceto et melle sumpta. Linguae quoque recens subjecta præstat, ne hydropici sitiant. Coquitur pluribus modis : in olla, quæ conjiciatur in clibanum aut furnum, vel adipe aut luto illita, aut frustatim in patinis. Et cruda siccatur, deinde conciditur, coquiturque in aceto, tum serpentium ictibus imponitur. Tosta quoque purgatur, et medium ejus iterum in aqua coquitur.

Usus sic coctæ ad hydropicos, ad urinam ciendam tribus obolis cum melle et aceto potæ. Item ad splenicis, et stomachicos (si non sentiant ulcus), quibus innatet cibus. Ad tormina, regios morbos, tussim

les tuniques sèches de la scille, on coupe par morceaux ce qui reste de vif, et l'on suspend ces morceaux enfilés à quelque distance l'un de l'autre. Quand ils sont secs, on les plonge dans un baril du plus fort vinaigre, suspendus au même fil, de manière qu'ils ne touchent aucun côté du vaisseau. Cette opération a lieu quarante-huit jours avant le solstice d'été. Ensuite le baril, fortement luté avec du plâtre, est placé sous des tuiles qui reçoivent le soleil toute la journée. Quarante-huit jours après, on enlève le baril, on ôte la scille, et l'on transvase la liqueur. Le vinaigre scillitique éclaircit la vue. Il est bon pour l'estomac et les douleurs de côtés, si l'on en prend pendant deux jours en petite quantité; mais il est si violent que, pris à trop haute dose, il coupe la respiration, et, pendant quelques instans, semble avoir tué le malade. La scille, mâchée seule, fortifie les dents et les gencives. Prise avec du vin et du miel, elle expulse le *ténia* et tous les vers intestinaux. Placée fraîche sous la langue, elle prévient la soif causée par l'hydropisie. On la fait cuire de plusieurs manières. Les uns la renferment dans un pot luté ou bien enduit de graisse, qu'ils mettent ensuite au four; les autres la coupent par morceaux, et la cuisent entre deux plats. D'autres la font sécher crue, la coupent, et la cuisent dans le vinaigre; ils l'appliquent ensuite sur la morsure des serpens. D'autres, après l'avoir fait rôtir, enlèvent les pelures, et cuisent une seconde fois le reste dans l'eau.

Ainsi préparée, la scille se prend avec de l'oxymel, au poids de trois oboles, pour provoquer les urines dans l'hydropisie. Elle est bonne pour la rate, pour les estomacs débiles qui ne peuvent supporter la nourriture, pourvu qu'il n'y ait point d'ulcères; et aussi pour les tran-

veterem cum suspirio. Discutit et foliis strumas, quadrinis diebus soluta. Furfures capitis, et ulcera manantia illita, ex oleo cocta. Coquitur et in melle cibi gratia, maxime uti coctionem facias. Sic et interiora purgat. Rimas pedum sanat in oleo cocta, et mixta resinæ. Semen ejus lumborum dolori ex melle imponitur. Pythagoras scillam in limine quoque januæ suspensam malorum medicamentorum introitum pellere tradit.

De bulbis, xxx.

XL. Ceterum bulbi ex aceto et sulphure vulneribus in facie medentur. Per se vero triti nervorum contractioni, et ex vino porrigini: cum melle, canum morsibus: Erasistrato placet cum pice. Sanguinem idem eos sistere tradit illitos cum melle. Alii, si e naribus fluat, coriandrum et farinam adjiciunt. Theodorus et lichenas ex aceto bulbis curat: et erumpentia in capite, cum vino austero aut ovo. Et bulbos epiphoris idem illinit, et sic lippitudini medetur. Æque vitia quæ sunt in facie, eorum rubentes maxime, in sole illiti cum melle et nitro emendant: lentiginem cum vino, aut cucumi cocto. Vulneribus quoque mire prosunt per se, aut, ut Damion, ex mulso, si quinto die solvantur. Iisdem et au-

chées, la jaunisse, et pour la toux invétérée avec gêne de la respiration. Appliquée en cataplasme, la scille dissipe les écrouelles, mais il ne faut l'ôter qu'après quatre jours; cuite dans l'huile, elle enlève le son, et guérit les ulcères humides de la tête; cuite dans le miel, on la sert sur les tables, principalement pour aider à la digestion; et, de cette manière encore, elle évacue les humeurs. Cuite dans l'huile et mêlée à la résine, elle est bonne pour les gerçures des pieds. La graine, unie au miel, est prescrite dans les douleurs des lombes. Pythagore assure en outre que la scille, suspendue au linteau de la porte, défend la maison contre toute espèce de maléfices.

Des bulbes, 3o.

XL. Les bulbes, employées en cataplasme avec du soufre et du vinaigre, guérissent les plaies du visage. Broyées et appliquées seules, elles sont bonnes pour les contractions de nerfs; avec du vin, pour les crasses de la tête; avec du miel, pour les morsures des chiens; dans ce cas, Érasistrate préfère la poix. Il prétend qu'étant appliquées avec du miel, elles arrêtent les hémorragies; d'autres ajoutent de la coriandre et de la farine, si le sang coule par le nez. Théodore traite les dartres avec les bulbes et le vinaigre; pour les ulcères de la tête, il préfère du vin sec, ou un œuf. Il applique les bulbes pour les fluxions des yeux, et guérit ainsi la chassie. Les bulbes, et particulièrement les rouges, mêlées avec du miel et du nitre, si l'on s'en frotte au soleil, ôtent les boutons du visage; et avec du vin ou du concombre cuit, elles enlèvent les taches de rousseur. Appliquées seules, ou, comme le veut Damion, avec du vin miellé, elles sont

riculas fractas curat, et testium pituitas. In articulorum doloribus miscent farinam. In vino cocti illiti ventri, duritiam præcordiorum emolliunt. Dysentericis in vino ex aqua cælesti temperato dantur. Ad convulsa intus, cum silphio pilulis fabæ magnitudine. Ad sudorem tusi illinuntur. Nervis utiles : ideo et paralyticis dantur. Luxata in pedibus, qui sunt rufi ex his, citissime sanant cum melle et sale. Venerem maxime Megarici stimulant : hortensii, partum cum sapa aut passo sumpti : silvestres, interaneorum plagas et vitia, cum silphio pilulis devoratis sedant. Et sativorum semen contra phalangia bibitur in vino. Ipsi ex aceto illinuntur contra serpentium ictus. Semen antiqui bibendum insanientibus dabant. Flos bulborum tritus crurum maculas varietatesque igne factas emendat. Diocles oculos hebetari ab iis putat. Elixos assis minus utiles esse adjicit, et difficile concoqui ex vi uniuscujusque naturæ.

De bulbine, 1. De bulbo vomitorio.

XLI. Bulbinem Græci vocant herbam porraceis foliis, rubicundo bulbo. Hæc traditur vulneribus mire utilis, dumtaxat recentibus. Bulbus quem vomito-

excellentes pour les plaies, pourvu qu'on n'ôte pas le topique avant le cinquième jour. D'après le même auteur, on les emploie pour les contusions à l'oreille et les engorgemens des testicules. Pour la goutte, on les incorpore avec de la farine. Cuites dans le vin et appliquées sur le ventre, elles ramollissent les duretés des viscères. On les donne dans du vin et de l'eau de pluie pour la dysenterie, et en pilules de la grosseur d'une fève, avec du silphium, pour les convulsions des parties internes. On les applique pilées pour empêcher la sueur. Elles sont bonnes pour les nerfs; aussi les ordonne-t-on aux paralytiques. Les bulbes rousses, avec du miel et du sel, guérissent très-promp-tement les luxations des pieds. Les bulbes de Mégare sont très-aphrodisiaques; celles des jardins, prises avec du vin cuit, facilitent l'accouchement. Les bulbes sauvages, en pilules avec du silphium, guérissent les plaies et les ulcères internes. La graine des bulbes cultivées se prend dans du vin, contre la piquûre de l'araignée-phalange; les bulbes mêmes s'appliquent, avec du vinaigre, sur la morsure des serpens. Les anciens composaient, avec la graine, une potion pour ceux dont le cerveau était troublé. La fleur broyée enlève les marques et les taches que le feu fait aux jambes. Dioclès prétend que les bulbes affaiblissent la vue. Il ajoute qu'elles sont meilleures rôties que bouillies, et que, du reste, le défaut commun à toutes les bulbes, c'est d'être de difficile digestion.

De la bulbine, 1. De la bulbe émétique.

XLI. Les Grecs appellent *bulbine* une plante dont les feuilles sont semblables à celles du porreau : l'ognon en est rouge. On la dit excellente pour les plaies récentes.

rium vocant ab effectu, folia habet nigra, ceteris longiora.

De asparagis.

XLII. 10. Utilissimus stomacho cibus asparagi traduntur. Cumino quidem addito inflationes stomachi colique discutunt: iidem oculis claritatem adferunt. Ventrem leniter molliunt. Pectoris et spinæ doloribus, intestinorumque vitiis prosunt, vino quum coquantur addito. Ad lumborum et renum dolores, semen trium obolorum pondere, pari cumini bibitur. Venerem stimulant. Urinam cient utilissime, præterquam vesicam exulcerant. Radix quoque, plurimorum prædicatione, trita, et ex vino albo pota, calculos quoque exturbat, lumborum et renum dolores sedat. Quidam et ad vulvæ dolorem radicem cum vino dulci propinant. Eadem in aceto decocta contra elephantiasin proficit. Asparago trito ex oleo perunctum pungi ab apibus negant.

De corruda, sive libyco, sive hormino, xxiv.

XLIII. Silvestrem asparagum aliqui Libycom vocant, Attici hormenum. Hujus ad supra dicta omnia efficacior vis, et candidiori major. Regium morbum extenuat. Veneris causa aquam eorum decoctam bibi jubent ad heminam. Ad idem et semen valet cum anetho, ternis

La bulbe émétique, ainsi appelée parce qu'elle excite le vomissement, a les feuilles noires et plus longues que celles des autres espèces.

Des asperges.

XLII. 10. Les asperges fournissent un mets excellent, dit-on, pour l'estomac. Assaisonnées avec du cumin, elles dissipent les gonflemens de ce viscère et des intestins; elles éclaircissent la vue; elles lâchent doucement le ventre. Cuites dans du vin, elles sont bonnes pour les douleurs de la poitrine, de l'épine du dos et des intestins. Pour les douleurs des lombes et des reins, on prend leur graine en potion, à la dose de trois oboles avec autant de cumin. Les asperges sont aphrodisiaques et très-diurétiques, mais elles ulcèrent la vessie. Plusieurs vantent leur racine, broyée et prise dans du vin blanc, pour expulser le gravier de la vessie, et pour apaiser les douleurs des lombes et des reins. D'autres font prendre cette même racine dans du vin doux, pour les douleurs de la matrice. Cuite dans le vinaigre, elle est bonne contre l'éléphantiasis. On prétend qu'une personne, frottée avec de l'asperge broyée dans de l'huile, n'est pas piquée des abeilles.

De l'asperge sauvage, autrement libyque ou hormène, 24.

XLIII. L'asperge sauvage est appelée par quelques auteurs *libycum*, et par les Athéniens *hormenos*. Dans tous les cas mentionnés plus haut, elle a plus de vertus que l'espèce cultivée, et principalement la variété blanche. Les asperges sauvages dissipent la jaunisse. Pour exciter à l'amour, on fait prendre une hémine de leur dé-

utriusque obolis. Datur et ad serpentium ictus succus decoctus. Radix miscetur radici marathri inter efficacissima auxilia. Si sanguis per urinam reddatur, semen asparagi, et apii, et cumini ternis obolis in vini cyathis duobus, quinque diebus, Chrysippus dari jubet. Sic et hydropicis contrarium esse, quamvis urinam moveat, docet: item Veneri. Vesicæ quoque, nisi decoctum: quæ aqua si canibus detur, occidi eos. In vino decoctæ radicis succum, si ore contineatur, dentibus mederi.

De apio, xvii.

XLIV. 11. Apio gratia in vulgo est. Namque rami largis portionibus per jura innatant, et in condimentis peculiarem gratiam habent. Præterea oculis illitum cum melle, ita ut subinde foveantur ferventi succo decocti, aliisque membrorum epiphoris: per se tritum, aut cum pane, vel polenta impositum, mire auxiliatur. Pisces quoque si ægrotent in piscinis, apio viridi recreantur. Verum apud eruditos non aliud erutum terra in majore sententiarum varietate est. Distinguitur sexu. Chrysippus feminam esse dicit crispioribus foliis et duris, crasso caule, sapore acri et fervido. Dionysius nigriorem, bre-

coction dans de l'eau ; leur graine , à la dose de trois oboles , avec autant d'aethi , produit le même effet. Leur suc , obtenu par décoction , est prescrit contre la morsure des serpens. Leur racine , mêlée avec celle du *marathrum* , est un des meilleurs remèdes que l'on connaisse. Chrysippe ordonne , pour l'hématurie , trois oboles de graine d'asperge , avec pareille quantité de persil et de cumin , à prendre , pendant cinq jours , dans deux cyathes de vin. Néanmoins , il ajoute que cette graine est contraire aux hydropiques , bien qu'elle provoque les urines ; qu'elle est contraire à l'amour , et nuisible à la vessie , à moins qu'elle ne soit bouillie dans de l'eau ; encore cette décoction fait-elle périr les chiens à qui on la donne. Le suc de la racine cuite dans du vin , tenu dans la bouche , apaise le mal de dents.

De l'ache (persil ?) , 17

XLIV. 11. L'ache est généralement estimé ; aussi en met-on largement dans les bouillons et dans les sauces dont il fait le principal assaisonnement. Appliqué sur les yeux avec du miel , pourvu que de temps en temps on les bassine avec sa décoction chaude , il en dissipe l'inflammation ; broyé et appliqué seul , ou bien avec du pain ou du gruau , il est excellent pour les inflammations des autres parties du corps. Quand les poissons sont malades dans les viviers , on les rétablit en leur donnant de l'ache encore vert. Au reste , il n'y a aucune plante sur laquelle les sentimens des savans soient plus partagés. On divise l'ache en mâle et femelle. Suivant Chrysippe , l'ache femelle a les feuilles dures et plus frisées que le mâle ; la tige grosse , la saveur chaude et

vioris radice, vermiculos gignentem : ambo neutrum ad cibos admittendum, immo omnino nefas : nam id defunctorum epulis feralibus dicatum esse : visus quoque claritati inimicum. Caule feminæ vermiculos gigni. Ideoque eos qui ederint, sterilesce, mares feminasque. In puerperis vero ab eo cibo comitiales fieri qui ubera hauriunt. Innocentio tamen esse marem. Eaque causa est, ne inter nefastos frutices damnetur. Mammarum duritiam impositis foliis emollit. Suaviores aquas potui incoctum præstat. Succo maxime radice cum vino lumborum dolores mitigat. Eodem jure instillato gravitatem aurium. Semine urinam ciet, menstrua, ac secundas partus. Et, si foveantur semine decocto, sugillata reddit color. Cum ovi albo illitum, aut ex aqua coctum potumque renibus medetur : in frigida tritum oris ulceribus. Semen cum vino, vel radix cum veteri vino, vesicæ calculos frangunt. Semen datur et arquatis ex vino albo.

De apiastro, sive melissophyllo

XLV. Apiastrum Hyginus quidem melissophyllon appellat. Sed et in confessa damnatione est venenatum in Sardinia. Contexenda enim sunt omnia, ex eodem nomine apud Græcos pendentia.

âcre; suivant Dionysius, il est plus noir, sa racine est plus courte, et il engendre des vers. Ces deux auteurs interdisent l'usage des deux espèces d'ache comme aliment. Ils prétendent même que c'est un sacrilège, car cette plante est spécialement employée dans les festins des funérailles. D'ailleurs, elle nuit à la vue. La tige de l'ache femelle engendre des vers, et voilà pourquoi elle rend stériles les hommes et les femmes qui en mangent. Si les nouvelles accouchées goûtent de l'ache, l'enfant qu'elles allaitent sera sujet à l'épilepsie. Cependant l'ache mâle n'est pas si nuisible; aussi n'est-il pas mis au nombre des plantes néfastes. Ses feuilles en cataplasme ramollissent les duretés des mamelles. Bouilli dans l'eau, l'ache lui donne un goût plus agréable. Le suc de la racine, dans du vin, adoucit la douleur des lombes; injecté dans l'oreille, il diminue la dureté de l'ouïe. La graine pousse les urines, les menstrues et l'arrière-faix. Les parties meurtries, baignées avec la décoction de cette graine, reprennent leur couleur naturelle. Appliqué avec du blanc d'œuf, ou bouilli dans de l'eau et pris en breuvage, l'ache est bon pour les douleurs des reins; broyé dans de l'eau froide, pour les ulcères de la bouche. La graine, prise avec du vin, ou la racine avec du vin vieux, brise les calculs de la vessie. On prescrit encore la graine dans du vin blanc pour la jaunisse.

De l'*apiastrum*, ou *melissophyllon*.

XLV. Hyginus donne le nom d'*apiastrum* au *melissophyllon*. Cependant il est certain que l'*apiastrum* de Sardaigne est condamné comme vénéneux. Distinction essentielle; car je dois rapprocher les uns des autres les objets qui, chez les Grecs, portent le même nom.

De olusatro, sive hipposelino, XI. Oreoselino, II. Heleoselino, I.

XLVI. Olusatrum, quod hipposelinum vocant, adversatur scorpionibus. Poto semine torminibus, et interaneis medetur. Itemque difficultatibus urinæ semen ejus decoctum ex mulso potum. Radix ejus in vino decocta calculos pellit, et lumborum ac lateris dolores. Canis rabiosi morsibus potum et illitum medetur. Succus ejus argentes calefacit potus. Quartum genus ex eodem faciunt aliqui oreoselinon, palmum alto frutice ac recto; semine cumino simili, urinæ et menstruis efficax. Heleoselino vis privata contra araneos. Sed et oreoselino feminæ purgantur e vino.

De petroselino, I. Buselino, I.

XLVII. 12. Alio genere petroselinum quidam appellant in saxis natum, præcipuum ad vomicas, cochlearibus binis succi additis in cyathum marrubii succi, atque ita aquæ calidæ tribus cyathis. Addidere quidam buselinum, differens brevitæ caulis a sativo et radicis colore rufo, ejusdem effectus. Prævalere contra serpentes potu et linitu.

De l'olusatrum ou hipposelinon , 11. De l'oreoselinon , 2.
De l'heleoselinon , 1.

XLVI. L'*olusatrum* , que les Grecs nomment *hipposelinon* , est contraire aux scorpions. Sa graine , prise en breuvage , apaise les tranchées et les douleurs d'entrailles. Bouillie et prise dans du vin miellé , elle soulage dans les rétentions d'urine. Sa racine , cuite dans du vin , fait sortir la gravelle , et calme les douleurs des lombes et des côtés. Prise en breuvage , ou appliquée à l'extérieur , la plante est un bon remède contre la morsure des chiens enragés. Son suc , pris en breuvage , ranime ceux que le froid a engourdis. Quelques auteurs font de l'*oreoselinon* une quatrième espèce d'ache. C'est une plante droite , haute d'un palme. Sa graine ressemble à celle du cumin , et provoque les urines et les règles. L'*heleoselinon* a une vertu particulière contre les musaraignes. L'*oreoselinon* , pris dans du vin , pousse les menstrues.

Du petroselinon , 1. Du buselinon , 1.

XLVII. 12. Une autre espèce , nommée par quelques auteurs *petroselinon* , croît dans les rochers. Elle est particulièrement utile pour les abcès de poitrine , si l'on en prend le suc , à la dose de deux cuillerées , avec un cyathe de suc de marrube dans trois cyathes d'eau chaude. Quelques auteurs parlent encore d'une autre espèce : le *buselinon* , qui diffère de l'ache cultivé par sa tige courte , et sa racine rousse ; il a du reste les mêmes vertus. Pris en breuvage , ou appliqué extérieurement , il est excellent contre la morsure des serpens.

De ocimo, xxxv.

XLVIII. Ocimum quoque Chrysippus graviter increpuit, inutile stomacho, urinæ, oculorum quoque claritati. Præterea insaniam facere, et lethargos, et jocineris vitia: ideoque capras id aspernari, hominibus quoque fugiendum censet. Addunt quidam tritum si operiatur lapide, scorpionem gignere: commanducatum et in sole positum, vermes afferre. Afri vero, si eo die feriatur quispiam a scorpione, quo ederit ocimum, servari non posse. Quin immo tradunt aliqui manipulo ocimi cum cancris decem marinis vel fluviatilibus trito, convenire ad id scorpiones ex proximo. Diodotus in empiricis, etiam pediculos facere ocimi cibum.

Secuta ætas acriter defendit: nam id esse capras. Nec cuiquam mentem motam, et scorpionum terrestrium ictibus, marinorumque venenis mederi ex vino, addito aceto exiguo. Usu quoque compertum deficientibus ex aceto odoratum salutare esse. Item lethargicis, et inflammatis refrigerationi. Illitum capitis doloribus cum rosaceo, aut myrteo, aut aceto: item oculorum epiphoris impositum ex vino. Stomacho quoque utile, inflationes et ructum ex aceto dissolvere sumptum. Alvum sistere impositum, urinam ciere. Sic et morbo regio et hydropticis prodesse. Choleras eo et distillationes stomachi

De l'ocimum ou basilic, 35.

XLVIII. Chrysippe se déclare fortement contre le basilic ; suivant lui , il est contraire à l'estomac , arrête les urines , obscurcit la vue ; de plus , il trouble l'esprit , cause la léthargie et attaque le foie ; aussi , les chèvres s'en abstiennent , et leur exemple doit être suivi par l'homme. D'autres ajoutent que si l'on met sous une pierre du basilic broyé , il en naît un scorpion ; que , mâchée et exposée au soleil , la plante produit des vers. En Afrique , on croit qu'un homme piqué d'un scorpion , le jour où il aura mangé du basilic , ne peut manquer de périr. On prétend même qu'une poignée de basilic , pilée avec dix écrevisses de mer ou de rivière , attire tous les serpens du voisinage. Diodote , dans son livre des recettes (*Empyriques*) , assure que le basilic rend sujets à la vermine ceux qui en mangent.

Les modernes défendent le basilic avec chaleur : ils soutiennent que les chèvres en mangent ; que jamais il n'a dérangé l'esprit à personne ; que , pris avec un filet de vinaigre , il est bon contre la morsure des scorpions terrestres et des scorpions marins. L'expérience a fait voir que , flairé avec du vinaigre , il ranime les personnes évanouies ou tombées en léthargie ; qu'il rafraîchit celles qui sont échauffées ; qu'on l'applique avec avantage , pour les douleurs de tête , avec de l'huile rosat , ou de l'huile de myrte , ou du vinaigre ; et avec du vin , pour les fluxions des yeux. De plus , il est bon à l'estomac ; pris avec du vinaigre , il en dissipe les gonflemens et les flatuosités. Appliqué sur le ventre , il le resserre et pousse les urines ; de cette manière encore , il est utile

inhiberi. Ergo etiam cœliacis Philistion dedit : et coctum dysentericis, et colicis Plistonius. Aliqui et in tenesmo, et sanguinem exscreantibus, in vino : duritia quoque præcordiorum. Illinitur mammis, extinguitque lactis proventum. Auribus utilissimum infantium, præcipue cum adipe anserino. Semen tritum et haustum naribus sternutamenta movet, et distillationes quoque capiti illitum : vulvas purgat in cibo, ex aceto. Verrucas mixto atramento sutorio tollit. Venerem stimulat. Ideo etiam equis asinisque, admissuræ tempore ingeritur.

13. Silvestri ocimo vis efficacior ad eadem omnia : peculiaris ad vitia, quæ vomitionibus crebris contrahuntur. Vomicisque vulvæ, contraque bestiarum morsus e vino radice efficacissima.

Eruca, XI.

XLIX. Erucæ semen scorpionum venenis et muris aranei medetur. Bestiolas omnes innascentes corpori arcet : vitia cutis in facie cum melle illitum. Lentigines ex aceto. Cicatrices nigras reducit ad candorem cum felle bubulo. Aiunt verbera subituris potum ex vino duritiam quamdam contra sensum inducere. In condiendis obsoniis tanta est suavitas, ut Græci euzomon appella-

dans la jaunisse et l'hydropisie. Il arrête les flux de bile et les catarrhes d'estomac ; aussi Philistion l'ordonne-t-il pour la diarrhée, et, bouilli, pour la dysenterie. Plistonius le prescrit dans la colique. D'autres le font prendre dans du vin pour le tenesme, le crachement de sang et les engorgemens des viscères. On l'applique sur les mamelles, pour dessécher le lait. Il est excellent pour les maux d'oreilles des enfans, surtout avec de la graisse d'oie. La graine pulvérisée est employée comme sternutatoire ; appliquée sur le front, elle provoque l'écoulement des eaux dans les rhumes de cerveau ; mangée avec du vinaigre, elle purge la matrice. Mêlée au vitriol, elle détruit les verrues. De plus, elle est aphrodisiaque, et voilà pourquoi on l'introduit dans la vulve des jumens et des ânesses, à l'époque de la monte.

13. Le basilic sauvage possède les mêmes vertus, mais à un plus haut degré. Il remédie spécialement aux accidens occasionés par les vomissemens trop fréquens. Sa racine, prise dans du vin, est un spécifique pour les abcès de la matrice, et pour la morsure des animaux.

De la roquette, 11.

XLIX. La graine de la roquette neutralise le venin du scorpion et de la musaraigne. Elle préserve le corps de toute la vermine qui s'y engendre. Appliquée avec du miel, elle fait disparaître les boutons du visage, et, avec du vinaigre, enlève les taches de rousseur. Mêlée avec du fiel de bœuf, elle fait prendre aux cicatrices livides la couleur blanche de la peau. On prétend que sa décoction dans du vin, procure à ceux qui doivent subir la bastonnade, une sorte d'insensibilité qui les endurecit

verint. Putant subtrita eruca si foveantur oculi, claritatem restitui : tussim infantium sedari. Radix ejus in aqua decocta fracta ossa extrahit. Nam de Venere stimulanda diximus : tria folia silvestris erucae sinistra manu decerpta, et trita, in aqua mulsa si bibantur.

Nasturtio, XLII.

L. E contrario nasturtium Venerein inhibet, animum exacuit, ut diximus. Duo ejus genera : alvum purgat, detrahit bilem potum x pondere in aqua. Cum lomento strumis illitum, opertumque brassica, præclare medetur. Alterum est nigrius, quod capitis vitia purgat. Visum compurgat. Commotas mentes sedat ex aceto sumptum. Lienem ex vino potum, vel cum fico. Tussim ex melle, si quotidie jejuni sumant. Semen ex vino omnia intestinorum animalia pellit : efficacius addito mentastro. Prodest et contra suspiria et tussim, cum origano et vino dulci. Pectoris doloribus decoctum in lacte caprino. Panos discutit cum pice, extrahitque corpori aculeos. Et maculas illitum ex aceto. Contra carcinomata adjicitur ovorum album. Et lienibus illinitur ex aceto. Infantibus vero e melle utilissime. Sextius adjicit,

contre la douleur. La roquette, mise dans les sauces, donne aux viandes un goût fort agréable : aussi, les Grecs ne la désignent-ils que par l'épithète de suave (euzomon). Broyée légèrement et appliquée sur les yeux, elle passe pour éclaircir la vue. On croit qu'elle apaise la toux des enfans. La décoction de la racine dans l'eau fait tomber les esquilles des os fracturés. Nous avons parlé ailleurs de sa vertu aphrodisiaque. Trois feuilles de roquette sauvage, cueillies de la main gauche, broyées et prises dans de l'hydromel, produisent des effets analogues.

Du cresson, 42.

L. Au contraire, le cresson éteint le feu de l'amour, et aiguise l'esprit, comme nous l'avons déjà observé. On en distingue deux espèces : l'une est purgative ; prise à la dose d'une drachme dans de l'eau, elle évacue la bile. En cataplasme avec de la farine de fèves, et recouverte d'une feuille de chou, c'est un remède excellent pour les écrouelles. L'autre espèce qui tire davantage sur le noir, purge le cerveau et éclaircit la vue. Prise dans du vinaigre, elle calme les esprits troublés : dans du vin ou avec une figue, elle est bonne pour la rate : à jeun, tous les matins, avec du miel, elle apaise la toux. La décoction de sa graine, chasse toute espèce de vers intestinaux ; l'effet est plus sûr encore, si l'on y joint de la mente sauvage. Elle est bonne encore, avec de l'origan et du vin doux, pour la toux et la difficulté de respirer. Sa décoction dans du lait de chèvre soulage les maux de poitrine. Avec de la poix, elle résout les tumeurs inflammatoires, et fait sortir les épines entrées dans la chair ; appliquée en liniment avec du vinaigre, elle enlève

ustum serpentes fugare, scorpionibus resistere. Capitis dolores contrito, et alopecias emendari addito sinapi : gravitatem aurium trito imposito auribus cum fico. Dentium dolores infuso in aures succo. Porriginem et ulcera capitis cum adipe anserino. Furunculos concoquit cum fermento. Carbunculos ad suppurationem perducit, et rumpit. Phagedænas ulcerum expurgat cum melle. Coxendicibus et lumbis cum polenta ex aceto illinitur : item licheni : item unguibus scabris : quippe natura ejus caustica est. Optimum autem Babylonium. Silvestri vero ad omnia ea effectus major.

Ruta, LXXXIV.

LI. In præcipuis autem medicaminibus ruta est. Latiora sativæ folia, rami fruticosiores. Silvestris horrida ad effectum est, et ad omnia acrior. Succus exprimitur, tusa et aspersa modice, et in pyxide cypria adservatur. Hic copiosior datus veneni noxiam obtinet, in Macedonia maxime juxta flumen Aliacmonem. Mirumque, cicutæ succo extinguitur : adeo etiam venenorum venena sunt, quando cicutæ succus prodest manibus colligen-

les taches de la peau ; pour combattre les chancres, on y ajoute du blanc d'œuf. On l'applique avec du vinaigre pour le mal de rate : mais, pour les enfans, elle est excellente avec du miel. Suivant Sextius, le parfum de la plante brûlée chasse les serpens et neutralise le venin des scorpions. Broyée, elle est bonne pour les maux de tête, et, en y ajoutant de la moutarde, pour l'alopecie ; broyée et appliquée avec une figue, elle rend l'ouïe moins dure ; son suc, introduit dans l'oreille, dissipe le mal de dents ; mêlée à la graisse d'oie, elle fait tomber le son de la tête, et guérit les ulcères de cette partie. Avec du levain, elle mûrit les furoncles, amène les charbons à suppuration et les fait ouvrir ; avec du miel, elle déterge les ulcères phagédéniques. On l'applique, avec du gruau et du vinaigre, pour les douleurs des lombes, pour la sciatique, pour les dartres et pour les ongles raboteux, car elle est naturellement caustique. Le cresson de la Babylonie est le meilleur de tous. Le cresson sauvage est encore plus efficace dans tous les cas précités.

De la rue, 84.

LI. La rue tient un rang distingué dans la matière médicale. L'espèce cultivée a les feuilles plus larges, et les jets plus nombreux et plus forts que l'espèce sauvage : celle-ci est plus âcre et agit avec plus de violence. On la pile en l'arrosant légèrement, puis on en exprime le suc, que l'on garde dans une boîte de cuivre. Ce suc, pris à trop haute dose, est un poison, surtout celui de la rue qui croît en Macédoine, sur les bords du fleuve Aliacmon ; mais, chose singulière ! le suc de ciguë neutralise ce poison ; il préserve les mains de ceux qui cueil-

tium rutam. Cetero inter prima miscetur antidotis, præcipueque Galatica. Quæcumque autem ruta et per se pro antidoto valet, foliis tritis, et ex vino sumptis. Contra aconitum maxime, et viscum. Item fungos, sive in potu detur, sive in cibo. Simili modo contra serpentium ictus, utpote quum mustelæ dimicaturæ cum his, rutam prius edendo se muniant. Valent et contra scorpionum, et contra araneorum, apium, crabronum, vesparum aculeos, et cantharidas, ac salamandras, canisve rabiosi morsus: acetabuli mensura succus e vino bibitur, et folia trita vel commanducata imponuntur cum melle et sale, vel cum aceto et pice decocta. Succo vero perunctos aut eam habentes, negant feriri ab his maleficiis: serpentesque, si uratur ruta, nidorem fugere. Efficacissima tamen est silvestris radix cum vino sumpta. Eandem adjiciunt efficaciorẽ esse sub dio potam.

Pythagoras et in hac marem minoribus herbaceique coloris foliis a femina discrevit: eam lætioribus foliis et colore. Idem oculis noxiam putavit: falsum, quoniam scalptores et pictores hoc cibo utuntur oculorum causa, cum pane vel nasturtio: capræ quoque silvestres propter

lent la rue, et nous voyons ainsi des substances vénéneuses se neutraliser mutuellement. Au reste, la rue, principalement celle de Galatie, est un des ingrédients qui font la base des antidotes : et même, toutes les espèces de rue, si l'on en prend les feuilles broyées dans du vin, sont des contre-poisons, spécialement contre l'aconit et l'ixias. La rue, prise en aliment ou en breuvage, n'a pas moins de vertus contre les champignons vénéneux, et aussi contre la morsure des serpens ; car les belettes, avant de combattre ces reptiles, ont la précaution de manger de la rue, pour se garantir de leur venin. Cette plante est bonne encore pour la piquûre des scorpions, des araignées, des abeilles, des frelons et des guêpes ; contre les cantharides, et contre la morsure des salamandres et des chiens enragés. Dans tous les cas, on prend le suc, à la dose de deux onces, dans du vin, et on applique sur la plaie, avec du miel et du sel, les feuilles broyées ou mâchées, ou bien on les fait cuire et l'on en forme un cataplasme avec du vinaigre et de la poix. On prétend que jamais les animaux malfaisans, dont nous venons de parler, n'attaquent ceux qui se sont frottés de suc de rue, ou qui portent sur eux de la rue. L'odeur de la plante brûlée fait, dit-on, fuir les serpens. Néanmoins, la décoction dans du vin de la racine de rue sauvage, est l'antidote le plus efficace, et l'on prétend qu'elle a encore plus de vertus, prise en plein air.

Pythagore, qui reconnaît dans la rue une différence de sexe, distingue le mâle à ses feuilles plus petites et plus vertes, et la femelle, à ses feuilles mieux nourries et à sa couleur moins prononcée. Il ajoute qu'elle est dangereuse pour les yeux : c'est une erreur, car les peintres et les graveurs en mangent avec du pain et du

visum, ut aiunt. Multi succo ejus cum melle attico inuncti discusserunt caligines, vel cum lacte mulieris puerum enixæ, vel puro succo angulis oculorum tactis. Epiphoras cum polenta imposita lenit. Item capitis dolores pota cum vino, aut cum aceto et rosaceo illita. Si verò sit cephalæa, cum farina hordeacea, et aceto. Eadem cruditates discutit, mox inflationes, dolores stomachi veteres. Vulvas aperit, corrigitque conversas, illita in melle, toto ventre et pectore. Hydropicis cum fico, et decocta ad dimidias partes, potaque ex vino.

Sic bibitur et ad pectoris dolores, laterumque, et lumborum, tusses, suspiria: pulmonum, jocinerum, renum vitia, horrores frigidos. Ad crapulæ gravedines decoquuntur folia poturis. Et in cibo vel cruda, vel decocta conditave prodest. Item torminibus in hyssopo decocta, et cum vino. Sic et sanguinem sistit interiorem, et narium indita: sic et collutis dentibus prodest. Auribus quoque in dolore succus infunditur: custodito, ut diximus, modo, in silvestri. Contra tarditatem vero sonitumque, cum rosaceo, vel cum laureo oleo, aut cumino et melle. Succus et phreneticis ex aceto tritæ iustillatur in tem-

cresson pour se fortifier la vue : les chèvres sauvages même la recherchent , à ce qu'on assure , pour la même raison. Beaucoup de personnes ont rétabli leur vue affaiblie en se frottant les yeux avec du suc de rue mêlé au miel attique , ou de lait de femme accouchée d'un enfant mâle ; ou bien en se touchant les angles des yeux avec ce suc pur. En cataplasme avec du gruau d'orge , la rue apaise les inflammations des yeux. Prise dans du vin , ou appliquée avec du vinaigre et de l'huile rosat , elle calme le mal de tête ; si la céphalalgie est chronique , on l'applique avec de la farine d'orge et du vinaigre. Elle dissipe les crudités , les gonflemens et les douleurs habituelles d'estomac. En cataplasme avec du miel , sur le ventre et sur la poitrine , elle remédie à la suppression des règles , et à la suffocation de la matrice. Pour l'hydropisie , on prescrit la rue avec des figes , ou bien sa décoction réduite de moitié , et prise dans du vin.

Cette même décoction se prend aussi pour les maux de la poitrine , des côtés et des lombes ; pour la toux invétérée et la dyspnée ; pour les affections du pounon , du foie et des reins , et enfin pour les frissons glacés de la fièvre. Avant de boire , les buveurs prennent une décoction de feuilles de rue , pour prévenir les pesanteurs de tête. Elle est également bonne mangée crue , cuite ou confite. Sa décoction avec de l'hyssope dissipe les tranchées ; on la prend aussi avec du vin : cette même décoction se prescrit encore dans l'hémoptysie ; respirée par le nez , elle en arrête l'hémorragie ; tenue dans la bouche , elle soulage les maux de dents. Le suc de rue , injecté dans l'oreille , en apaise les douleurs ; mais on devra modérer la dose , si l'on injecte le

pora et cerebrum. Adjecerunt aliqui et serpyllum, et laurum, illinentes capita, et colla. Dederunt et lethargicis ex aceto olfaciendum. Dederunt et comitialibus bibendum decoctæ succum in cyathis quatuor ante accessiones, quarum frigus intolerabile est: alsiosisque crudam in cibo. Urinam quoque vel cruentam pellit. Feminarum etiam purgationes, secundasque, etiam emortuos partus, ut Hippocrati videtur, ex vino dulci nigro pota. Itaque illitam et vulvarum causa etiam suffire jubet.

Diocles et cardiacis imponit ex aceto et melle cum farina hordeacea. Et contra ileum decocta farina in oleo, et velleribus collecta. Multi vero et contra purulentas exscreationes siccæ drachmas duas, sulphuris unam et dimidiam sumi censent: et contra cruentas, ramos tres in vino decoctos. Datur et dysentericis cum caseo in vino contrita. Dederunt et cum bitumine infriatam potioni propter anhelitum. Ex alto lapsis seminis tres uncias. Olei libra vinique sextario illinitur cum oleo coctis foliis, partibus quas frigus adusserit. Si urinam movet (ut Hippocrati videtur) mirum est quosdam dare velut inlibentem potui, contra incontinentiam urinæ. Psoras et lepras cum melle et alumine illita emendat.

suc de l'espèce sauvage. On le mêle avec de l'huile rosat, ou avec de l'huile de laurier, ou bien avec du cumin et du miel, pour la dureté et les tintemens d'oreille. Pour la frénésie, on l'applique, avec du vinaigre, sur les tempes et le cerveau du malade : quelquefois on y ajoute du serpolet et du laurier, et l'on frotte de cette composition la tête et le cou. Dans la léthargie, on fait flairer ce suc, mêlé avec du vinaigre. Dans l'épilepsie, on fait boire la décoction de la plante, à la dose de quatre cyathes, avant les accès qui occasionent un froid insupportable. On fait manger la rue toute crue aux gens frileux. Elle provoque l'urine, même jusqu'au sang. Suivant Hippocrate, sa décoction dans de gros vin doux pousse les règles, fait sortir l'arrière-faix, et même le fœtus mort dans la matrice : aussi ordonne-t-il aux femmes de s'en bassiner les parties naturelles, ou d'en faire des fumigations.

Dioclès recommande la rue en cataplasme, avec du vinaigre, du miel et de la farine d'orge, pour les affections du cœur ; pour la passion iliaque, il veut qu'on l'applique cuite dans de l'huile, avec de la farine, et étendue sur de la laine vierge. Pour les excréations purulentes, beaucoup de médecins prescrivent deux drachmes de rue sèche, avec une drachme et demie de soufre ; et pour l'hémoptysie, trois branches de rue bouillies dans du vin. Pour la dysenterie, on fait prendre, avec du fromage, la rue broyée dans du vin ; on l'ordonne, concassée menue avec du bitume, pour l'essoufflement habituel. A ceux qui ont fait une chute grave, on donne trois onces de la graine. Sur les parties qui ont été gelées, on applique les feuilles cuites dans une livre d'huile, avec un setier de vin. S'il est vrai, comme le dit Hippocrate, que la rue soit diurétique, il est singulier de voir quel-

Item vitiligines, verrucas, strumas, et similia, cum strychno et adipe suillo ac taurino sevo. Item ignem sacrum ex aceto et oleo, vel psimmythio : carbunculum ex aceto. Nonnulli laserpitium una illini jubent, sine quo epinyctidas pustulas curant. Imponunt et mammis turgentibus decoctam, et pituitæ eruptionibus cum cera. Testium vero epiphoris cum ramis laureæ teneris, adeo peculiari in visceribus his effectu, ut silvestri ruta cum axungia veteri illitos ramices sanari prodant. Fracta quoque membra semine trito cum cera imposito. Radix rutæ sanguinem oculis suffusum, et toto corpore cicatrices aut maculas illita emendat.

Ex reliquis quæ traduntur, mirum est, quomodo ferventem rutæ naturam esse conveniat, fasciculum ejus in rosaceo decoctum addita uncia aloes, perunctis sudorem reprimere. Itemque generationes impediri hoc cibo : ideo in profluvio genitali datur, et Venerem crebro per somnia imaginantibus. Præcavendum est gravidis abstineant hoc cibo : necari enim partus invenio. Eadem ex omnibus satis quadrupedum quoque morbis in maximo usu

ques médecins en prescrire la décoction comme un bon remède pour l'incontinence d'urine. En liniment avec du miel et de l'alun, la rue guérit la gale et la lèpre; avec de la graisse de porc, du suif de taureau et du strychnos, elle fait disparaître les taches blanches de la peau, les verrues, les écrouelles et les autres affections de ce genre; avec du vinaigre, de l'huile, ou de la céruse, elle est bonne pour l'érysipèle, et avec du vinaigre seul, pour le charbon ou anthrax. Quelques auteurs recommandent l'application simultanée du laserpitium; mais cette addition n'est pas nécessaire, du moins pour les pustules nommées épinyctides. On prescrit la rue bouillie en cataplasme, pour l'enflure des mamelles, et avec de la cire, pour les fluxions pituiteuses. Appliquée de même avec des rameaux tendres de laurier, c'est un spécifique admirable pour les engorgemens des testicules et du scrotum: on prétend même qu'un cataplasme de rue sauvage, avec de vieux oing, guérit les hernies. La graine, broyée et appliquée avec de la cire, est bonne pour les fractures. La racine, en cataplasme, fait disparaître le sang extravasé dans les yeux, aussi bien que les cicatrices et les taches de toutes les parties du corps.

Parmi les autres recettes; j'en trouve une assez singulière: on s'accorde à dire que la rue est naturellement très-chaude, et cependant on prescrit des frictions avec une poignée de cette plante cuite dans de l'huile rosat, avec une once d'aloès, pour prévenir la sueur. On prétend que la rue rend inhabiles à la génération les personnes qui en mangent; en conséquence, on l'ordonne dans les cas de perte de semence, et de pollutions nocturnes fréquentes. Les femmes enceintes doivent prendre le plus grand soin de ne pas manger de la rue, car on

est, sive difficile spirantibus, sive contra maleficorum animalium ictus, infusa per nares ex vino: aut si sanguisugam exhauserint, ex aceto: et quocumque in simili morborum genere, ut in homine, temperata.

Mentastro, xx.

LII. 14. Mentastrum silvestris menta est, differens specie foliorum, quæ sunt figura ocimi, pulegii colore. Propter quod quidam silvestre pulegium vocant. Iis commanducatis et impositis sanari elephantiasin, Magni Pompeii ætate, fortuito cujusdam experimento propter pudorem facie illita compertum est. Eadem illinuntur bibunturque adversus scolopendras, et serpentium ictus, drachmis duabus in vini cyathis duobus. Adversus scorpionum ictus cum sale, oleo, et aceto. Item adversus scolopendras jus decocti: adversus omnia venena servantur folia arida, ad farinæ modum. Substratum vel accensum fugat etiam scorpiones.

Potum feminas purgat a partu: sed partus necat. Ruptis, convulsis, sed parcius: orthopnoicis, torminibus, cholericis, efficacissimum: item lumbis, podagris impositum. Succus auribus verminosis instillatur. In

assure que cette plante ferait périr leur fruit. Ajoutons que, de toutes les herbes cultivées, la rue est celle qu'on emploie le plus souvent dans les maladies des bestiaux, soit pour la pousse, soit pour la morsure des animaux venimeux; dans ces cas, on leur en fait prendre la décoction par les narines avec du vin, et avec du vinaigre s'ils ont avalé une sangsue. Dans toutes leurs autres maladies, on emploie la rue préparée comme pour l'homme, dans un cas analogue.

De la menthe sauvage, 20.

LII. 14. Le *mentastrum*, ou menthe sauvage, diffère de l'espèce cultivée par ses feuilles, qui ont la forme de celles du basilic, et la couleur de celles du pouliot; aussi l'appelle-t-on quelquefois pouliot sauvage. Du temps du grand Pompée, le hasard a fait connaître sa vertu contre l'éléphantiasis; un lépreux, honteux de sa difformité, se couvrit le visage des feuilles de cette plante mâchées, et se trouva guéri de sa maladie. On les prescrit en cataplasme pour la morsure des scolopendres et des serpens, et en breuvage, à la dose de deux drachmes, dans deux cyathes de vin. Pour la piqûre des scorpions, on les applique avec du sel, de l'huile et du vinaigre. La décoction est également bonne pour la morsure des scolopendres. On garde les feuilles sèches et pulvérisées, pour servir d'antidote contre toute espèce de poison. La plante, répandue sur le sol ou brûlée, chasse les scorpions.

Prise en breuvage, elle purge les femmes après l'accouchement; avant la délivrance, elle fait périr l'enfant. Donnée à faible dose, elle est excellente pour les ruptures, les spasmes, l'asthme, les tranchées et le flux de bile. En

regio morbo bibitur. Strumis illinitur. Somnia Veneris inhibet. Tineas pellit ex aceto potum. Contra porriginem ex aceto infunditur capiti in sole.

De menta, xli.

LIII. Mentæ ipsius odor animum excitat, et sapor aviditatem in cibis, ideo embammatum mixturæ familiaris. Ipsa acescere, aut coire, denserique lac non patitur. Quare lactis potionibus additur, ne hujus coagulati potu strangulentur. Datur in aqua aut mulso: eadem vi resistere generationi creditur, cohibendo genitalia denseri. Æque maribus ac feminis sistit sanguinem: et purgationes feminarum inhibet: cum amylo ex aqua pota, cœliacorum impetus. Syriation et vomicas vulvæ curavit illa. Jocinerum vitia ternis obolis ex mulso datis. Item sanguinem exscreantibus in sorbitionem. Ulcera in capite infantium mire sanat. Arterias humidas siccatur, siccas adstringit. Pituitas corruptas purgat in mulso et aqua.

Voci succus sub certamine utilis dumtaxat, qui et gargarizatur uva tumente, adjuncta ruta et coriandro

cataplasme, elle est bonne pour la goutte et la sciatique. On injecte son suc dans l'oreille, pour en faire sortir les vers; on en fait boire la décoction dans la jaunisse; on l'applique sur les écrouelles. Elle prévient les songes voluptueux. Prise avec du vinaigre, elle chasse les vers. On s'en lave la tête au soleil avec du vinaigre, pour faire tomber le son qui s'amasse dans les cheveux.

De la menthe, 41.

LIII. L'odeur de la menthe cultivée ranime les esprits; sa saveur excite l'appétit: aussi, entre-t-elle ordinairement dans les sauces. Elle empêche le lait de s'aigrir et de se cailler; voilà pourquoi ceux qui boivent du lait y mettent de la menthe: ils ne craignent pas alors que la coagulation les étouffe. On fait prendre la menthe dans de l'eau, ou dans du vin miellé. On prétend qu'elle empêche aussi le sperme de prendre de la consistance, et qu'elle empêche par conséquent la génération. Elle arrête le flux de sang, tant des hommes que des femmes, et même, chez celles-ci, l'écoulement périodique. En breuvage, dans de l'eau avec de l'amidon, elle fait cesser le cours de ventre. Syriation l'employait pour guérir les abcès de la matrice. Il la prescrivait, à la dose de trois oboles, dans du vin miellé, pour les affections du foie, et en bouillon, pour l'hémoptysie. C'est un remède admirable pour les ulcères de la tête des petits enfans. Elle dessèche le gosier quand il est trop humide, et le resserre quand il est sec. Prise dans de l'eau et du vin miellé, elle fait évacuer les phlegmes corrompus.

Le suc de menthe soutient la voix, pris un peu avant que de parler; en gargarisme dans du lait, avec de la

ex lacte. Utilis et contra tonsillas cum alumine : linguæ asperæ cum melle. Ad convulsa intus per se, vitiisque pulmonis. Singultus et vomitiones sistit cum succo granati, ut Democritus monstrat. Recentis succus narium vitia spiritu subductus emendat. Ipsa trita choleras, in aceto quidem pota. Sanguinis fluxiones intus. Ileum etiam imposita cum polenta : et si mammæ tendantur. Illinitur et temporibus in capitis dolore. Sumitur et contra scolopendras, et scorpiones marinos, et ad serpentes. Epiphoris illinitur, et omnibus in capite eruptionibus : item sedis vitiis. Intertrigines quoque, vel si teneatur tantum, prohibet. Auribus cum mulso instillatur. Aiunt et lieni mederi eam in horto gustatam, ita ne vellatur, si is qui mordeat, dicat se lieni mederi, per dies ix. Aridæ quoque farinam tribus digitis adprehensam, et stomachi dolorem sedare in aqua : et similiter aspersam in potionem, ventris animalia expellere.

De pulegio, xxv.

LIV. Magna societas cum hac ad recreandos defectos animo pulegio, cum surculis suis in ampullas vitreas aceti utrisque dejectis. Qua de causa dignior e pulegio corona Varroni, quam e rosis, cubiculis nostris pro-

coriandre et de la rue, il est bon pour l'enflure de la lulette; avec de l'alun, pour le gonflement des amygdales; avec du miel, pour l'âpreté de la langue. Pris seul, il est utile dans les spasmes, et dans les maladies du poulmon. Mêlé avec du suc de grenade, il arrête, suivant Démocrite, les hoquets et les vomissemens. Le suc de la plante fraîche, aspiré par le nez, guérit les affections de cet organe. La menthe broyée, prise dans du vinaigre, arrête le flux de la bile et du sang; appliquée avec de la farine d'orge, elle guérit la passion iliaque et l'engorgement des mamelles; en cataplasme sur les tempes, elle calme la douleur de tête. On la prescrit, à l'intérieur, contre le venin des scolopendres, des scorpions de mer et des serpens. On l'applique aussi sur les fluxions des yeux, sur tous les exanthèmes de la tête, et sur les ulcères du fondement. Tenue seulement dans la main, elle prévient les excoriations de la peau, dans une course ou une marche forcée. Son suc s'injecte dans les oreilles avec du vin miellé. Si l'on mord cette plante sur pied, neuf jours de suite, sans l'arracher, et qu'on déclare, en la mordant, qu'on le fait pour se guérir la rate, la guérison, dit-on, ne se fait pas attendre. Une forte pincée de poudre de menthe sèche, avalée dans de l'eau, soulage les douleurs d'estomac; prise dans la boisson habituelle, elle chasse les vers intestinaux.

Du pouliot, 25.

LIV. Le pouliot partage avec la menthe la propriété de ranimer les esprits : c'est pour s'en servir contre les défaillances, que l'on conserve des rameaux de ces deux plantes dans des flacons pleins de vinaigre. Aussi, Var-

nuntiata est. Nam et capitis dolores imposita dicitur levare. Quin et olfactu capita tueri contra frigorum æstusque injuriam, et ab siti traditur : neque æstuarè eos, qui duos e pulegio surculos impositos auribus in sole habeant. Illinitur etiam in doloribus cum polenta et aceto. Femina efficacior. Est autem hæc flore purpureo. Mas candidum habet. Nauseas cum sale et polenta in frigida aqua pota inhibet. Sic et pectoris ac ventris dolorem. Stomachi autem ex aqua item rosiones sistit, et vomitiones cum aceto et polenta. Intestinorum vitia melle decocta et nitro sanat. Urinam pellit ex vino : et si ammineum sit, et calculos, et interiores omnes dolores. Ex melle et aceto sedat menstrua, et secundas. Vulvas conversas corrigit. Defunctos partus ejicit. Semen obmutescens olfactu admovetur. Comitibus in aceto cyathi mensura datur. Si aquæ insalubres bibendæ sint, tritum aspergitur. Lassitudines corporis, si cum vino tradatur, minuit.

Nervorum causa, et in contractione, cum sale et aceto, et melle confricatur in opisthotono. Bibitur ad serpentium ictus decoctum : ad scorpionum et in vino tritum, maxime quod in siccis nascitur. Ad oris exul-

ron déclare-t-il les couronnes de pouliot plus dignes d'orner nos appartemens, que les couronnes de roses. On prétend en effet qu'une couronne de cette plante, posée sur la tête, en calme la douleur; que son odeur seule garantit la tête de l'excès du froid ou de la chaleur, et prévient la soif; enfin que deux rameaux de pouliot, portés sur les oreilles, mettent à l'abri du chaud, fût-on même exposé au soleil. En cataplasme, avec de la farine d'orge et du vinaigre, le pouliot est bon pour les douleurs. Le pouliot femelle a plus de vertus que le mâle; il a la feuille purpurine; celle du mâle est blanche. En breuvage dans de l'eau froide, avec du sel et du gruau, il arrête les nausées, et apaise les douleurs de ventre et de poitrine. Avec de l'eau seule, il calme les douleurs aiguës de l'estomac; avec du vinaigre et du gruau, il fait cesser le vomissement. Bouilli dans du miel avec du nitre, il guérit les maladies des intestins. Pris avec du vin, il provoque les urines; avec du vin de raisins aminéens, il expulse les graviers de la vessie, et apaise toutes les douleurs de ce viscère. Avec du miel et du vinaigre, il pousse les règles et l'arrière-faix. Il est bon pour les chutes de la matrice; il fait aussi sortir le fœtus mort. On donne à flairer la graine de pouliot aux femmes qui ont perdu la parole. On la prescrit dans du vinaigre, à la dose d'un cyathe, pour l'épilepsie. Si l'on est forcé de boire d'une eau malsaine, on la corrige avec cette graine pilée. Prise dans du vin, elle dissipe les lassitudes.

En frictions, avec du sel, du vinaigre et du miel, elle fait cesser les contractions de nerfs, les spasmes, et particulièrement celui qu'on nomme opisthotone. On en recommande la décoction pour la morsure des serpens; pour la piquûre des scorpions, on avale la graine même, pilée,

cerationes, ad tussim efficax habetur. Flos recentis incensus, pulices necat odore. Xenocrates pulegii ramum lana involutum, in tertianis ante accessionem olfactandum dari, aut stragulis subjici, et ita collocari ægrum, inter remedia tradit.

De pulegio silvestri, XVIII.

LV. Silvestri ad eadem vis efficacior est, quod simile est origano, minoribus foliis, quam sativum: et a quibusdam dictamnus vocatur. Gustatum a pecore caprisque, balatum concitat. Unde quidam Græci littera mutata blechona vocaverunt.

Natura tam fervens est, ut illitas partes exulceret. Tussi in perfrictione fricari ante balnea convenit: et ante accessionum horrorem, convulsis, et torminibus. Podagris mire prodest.

Hepaticis cum melle et sale bibendum datur: pulmonum vitia excreabilia facit. Ad lienem cum sale utile est, et vesicæ, et suspiriis, et inflationibus: decoctum succo æqualiter, et vulvas corrigit: et contra scolopendram terrestrem vel marinam: item scorpiones: privatimque valet contra hominis morsum. Radix contra increscentia

dans du vin, surtout celle qui est venue dans les lieux secs. Elle passe encore pour excellente contre les ulcérations de la bouche, et contre la toux. L'odeur de la plante fraîche brûlée tue les puces. Xénocrate écrit qu'un rameau de pouliot, enveloppé dans de la laine, guérit les fièvres tierces, si on le flaire avant l'accès, ou si on le place sous les couvertures du lit où est couché le malade.

Du pouliot sauvage, 18.

LV. Dans tous les cas précités, les effets du pouliot sauvage sont plus marqués. Il ressemble à l'origan, et a les feuilles plus petites que l'espèce cultivée. Quelques auteurs lui donnent le nom de dictamne. Il fait bêler les chèvres et les moutons qui l'ont brouté; voilà pourquoi certains auteurs grecs le nomment *blechon*, au lieu de *glechon*.

Le pouliot sauvage est si chaud, qu'il cause des ulcérations aux parties sur lesquelles on l'applique. Pour la toux causée par le froid, il est bon de s'en frotter, avant d'entrer dans le bain : c'est ce qui est aussi recommandé pour les tranchées et pour les spasmes, avant le frisson qui accompagne les accès. Il est singulièrement utile dans la goutte.

En potion avec du miel et du sel, il est bon pour le foie, et excite une expectoration salutaire au poumon; avec du sel, pour les maux de rate et de vessie, la dyspnée et les gonflemens. Sa décoction a les mêmes vertus, et se prescrit pour les chutes de la matrice, contre le venin des scolopendres de terre ou de mer, contre la piqure des scorpions, et spécialement contre la morsure de l'homme. La racine, appliquée fraîche, est un spé-

ulcera recens potentissima. Arida vero cicatricibus decorem adfert.

De nepeta, IX.

LVI. Item pulegio est nepetæque societas. Decocta enim in aqua ad tertias discutiunt frigora, mulierumque menstruis prosunt. Et æstate sedant calores. Nepeta quoque vires contra serpentes habet. Fumum ex ea nidoremque fugiunt, quam et substernere in metu obdormituris utile est. Tusa ægilopiis imponitur, et capitis doloribus recens cum tertia parte panis temperata aceto illinitur. Succus ejus instillatus naribus supinis, profluvium sanguinis sistit. Item radix, quæ cum myrti semine in passo tepido gargarizata anginis medetur.

De cumino, XLVIII. De cumino silvestri, XXVI.

LVII. Cuminum silvestre est prætenne, quaternis aut quinis foliis veluti serratis. Sed et sativo magnus usus, in stomachi præcipue remediis. Discutit pituitas, et inflationes, tritum et cum pane sumptum, vel potum ex aqua vinoque: tormina quoque et intestinorum dolores. Verumtamen omne pallorem bibentibus gignit. Ita certe ferunt Porcii Latronis, clari inter magistros dicendi,

cifique excellent contre les ulcères rongeurs; appliquée sèche, elle donne aux cicatrices une belle couleur.

Du *nepeta*, 9.

LVI. Le pouliot et le *nepeta* ont beaucoup de rapport. Ces deux plantes, bouillies dans l'eau, jusqu'à réduction des deux tiers, dissipent les frissons de la fièvre, et provoquent les menstrues. En été, elles tempèrent la trop grande chaleur. Le *nepeta*, de même, est excellent contre la morsure des serpens: son odeur et sa fumée les chassent; aussi, quand on craint ces reptiles, est-il bon avant de se livrer au sommeil, de répandre cette plante à l'endroit où l'on veut reposer. On l'applique broyée sur les fistules lacrymales; avec un tiers de pain et de vinaigre, on en fait un cataplasme pour les maux de tête. Son suc, versé dans les narines, la tête étant renversée, arrête les hémorrhagies nasales. La racine produit le même effet; en gargarisme, avec de la graine de myrte, dans du vin cuit, tiède, elle guérit l'esquinancie.

Du cumin, 48. Du cumin sauvage, 26.

LVII. Le cumin sauvage est fort menu, garni seulement de quatre à cinq feuilles dentelées en scie. L'espèce cultivée est d'un grand usage en médecine, surtout pour l'estomac. Broyée et prise avec du pain, ou avalée dans de l'eau et du vin, elle évacue la pituite, dissipe les gonflemens, les tranchées et les douleurs des intestins. Mais le cumin, quel qu'il soit, donne une couleur pâle à ceux qui en boivent. Du moins, on assure que les disciples de Porcius Latro, célèbre professeur d'éloquence, imitaient,

adsectatores, similitudinem coloris studiis contracti imitatos; et paulo ante Julium Vindicem adsertorem illum a Nerone libertatis, captatione testamenti sic lenocinatum. Narium sanguinem pastillis inditum vel ex aceto recens sistit. Et oculorum epiphoris per se impositum, tumentibus cum melle prodest. Infantibus imponi in ventre satis est. Morbo regio in vino albo a balineis datur.

15. Æthiopicum maxime in posca, et in ligmate cum melle. Africano paulatim urinæ incontinentiam cohiberi putant. Sativum datur ad jocineris vitia tostum, tritum in aceto. Item ad vertiginem. Iis vero quos acrior urina mordeat, in dulci tritum vino. Ad vulvarum vitia in vino: præterque, impositis vellere foliis: testium tumoribus, tostum tritumque cum melle, aut cum rosaceo et cera.

Silvestre ad omnia eadem efficacius. Præterea ad serpentes cum oleo, ad scorpiones, ad scolopendras. Sistit et vomitionem nauseasque ex vino, quantum adprehenderit tres digiti. Propter colum quoque bibitur illiniturque, vel penicillis fervens adprimitur fasciis. Strangulationes vulvæ potum in vino aperit, tribus drachmis in tribus cyathis vini. Auribus instillatur ad sonitus atque tinnitus cum sebo vitulino, vel melle. Sugillatis

par ce moyen, la pâleur de leur maître; mais, chez lui, c'était le fruit de l'étude. Julius Vindex, cet illustre défenseur de la liberté contre Néron, employa naguère la même ruse, pour tromper l'empereur qui aspirait à sa succession. Le cumin en pastilles, mis dans les narines, en arrête l'hémorrhagie; introduit frais dans cet organe avec du vinaigre, il produit le même effet; appliqué seul, il guérit les fluxions des yeux; et avec du miel, leur inflammation. Pour les enfans, il suffit de l'appliquer sur le ventre. Pour la jaunisse, on le donne dans du vin blanc, au sortir du bain.

15. Le cumin d'Éthiopie se prend surtout dans l'oxy-crast, ou en électuaire, avec du miel. On croit que celui d'Afrique arrête peu à peu l'incontinence d'urine. On prescrit le cumin cultivé, rôti et pilé dans du vinaigre, pour les maladies du foie et pour le vertige. Quand l'urine est âcre et mordicante, on le prend pilé avec du vin doux. Pour les maladies de la matrice, on le donne dans du vin; et, en outre, on applique les feuilles, étendues sur de la laine. Rôti et broyé avec du miel, ou bien avec de l'huile rosat et de la cire, il est bon pour les tumeurs des testicules.

Le cumin sauvage est encore plus efficace dans tous les cas que nous venons de citer. De plus, employé avec de l'huile, c'est un remède efficace contre le venin des serpens, des scorpions et des scolopendres. Pris dans du vin, à la dose d'une forte pincée, il arrête les vomissemens et les nausées. On le donne en breuvage, et on l'applique en cataplasme, pour la colique, ou bien on l'étend tout chaud sur le ventre, avec des plumasseaux, que l'on assujettit avec des bandes. A la dose de trois drachmes, dans trois cyathes de vin, il dissipe les

illinitur cum melle, et uva passa, et aceto. Lentigini nigræ ex aceto.

De ammi, x.

LVIII. Est cumino simillimum, quod Græci vocant ammi. Quidam vero Æthiopicum cuminum id esse existimant. Hippocrates regium appellat, videlicet quia efficacius Ægyptio judicavit. Plerique alterius naturæ in totum putant, quoniam sit exilius et candidius. Similis autem et huic usus: namque et panibus Alexandrinis subjicitur, et condimentis interponitur. Inflationes et tormina discutit. Urinas et menstrua ciet. Sugillata et oculorum epiphoras mitigat. Cum lini semine scorpionum ictus in vino potum drachmis duabus, privatimque cerastarum, cum pari portione myrrhæ. Colorem quoque bibentium similiter mutat in pallorem. Suffitum cum uva passa et resina, vulvam purgat. Tradunt facilius concipere eas, quæ odorentur id per coitum.

De cappari, xviii.

LIX. De cappari satis diximus inter peregrinos fructes. Non utendum transmarino: innocentius Italicum

suffocations de la matrice. On l'introduit dans le conduit auditif, avec de la graisse de veau et du miel, pour les bourdonnemens et les tintemens d'oreilles. On l'applique avec du miel, du raisin sec et du vinaigre, sur les meurtrissures; et avec du vinaigre, sur les taches noires de la peau.

De l'ammi, 10.

LVIII. La plante nommée par les Grecs *ammi*, ressemble beaucoup au cumin : quelques auteurs même en font le cumin d'Éthiopie. Hippocrate donne à celui-ci l'épithète de royal, parce qu'il le juge supérieur en vertu à celui d'Égypte. La plupart des auteurs néanmoins font de l'ammi un genre particulier, parce qu'il est plus grêle et plus blanc : du reste, il a les mêmes usages que le cumin. A Alexandrie, on le met sous les pains qu'on fait cuire, et on le mêle dans les sauces. Il dissipe les gonflemens et les tranchées. Il est diurétique et emménagogue. Il efface les traces des meurtrissures, et dissipe les fluxions des yeux. A la dose de deux drachmes, dans du vin, avec de la graine de lin, il guérit la piqûre des scorpions, et spécialement la morsure du céraste, si l'on y mêle pareille quantité de myrrhe. Comme le cumin, il donne une couleur pâle à ceux qui boivent sa décoction. Le parfum de la plante, brûlée avec du raisin sec et de la résine, purge la matrice. On prétend que la conception est plus facile, si la femme flaire de l'ammi, quand son mari l'approche.

Du câprier, 18.

LIX. Nous avons traité assez au long du câprier en parlant des arbrisseaux exotiques. Il ne faut pas faire

est. Ferunt, eos qui quotidie id edunt, paralysi non periclitari, nec lienis doloribus. Radix ejus vitiligines albas tollit, si trita in sole fricentur. Splenicis prodest in vino potus radicis cortex duabus drachmis, dempto balnearum usu. Feruntque xxxv diebus per urinam et alvum totum lienem emitti. Bibitur in lumborum doloribus, ac paralysi. Dentium dolores sedat tritum ex aceto semen decoctum, vel manducata radix. Infunditur et aurium dolori decoctum oleo. Ulcera quæ phagedænas vocant, folia et radix recens cum melle sanant. Sic et strumas discutit radix : parotidas, vermiculosque cocta in aqua. Jocineris quoque malis medetur. Dant et ad tænias in aceto et melle. Oris exulcerationes in aceto decocta tollit : stomacho inutile esse inter auctores convenit.

De ligustico, sive panace, iv.

LX. Ligusticum (aliqui panacem vocant) stomacho utile est. Item convulsionibus et inflationibus. Sunt et qui cunilam bubulam appellaverint, ut diximus, falso.

usage des câpres d'outre-mer : celles d'Italie sont moins dangereuses. On prétend que ceux qui en mangent chaque jour ne sont sujets ni à la paralysie, ni au mal de rate. Les frictions, au soleil, avec la racine de câprier broyée, font disparaître les taches blanches de la peau. L'écorce de la racine, prise à la dose de deux drachmes, dans du vin, est un bon remède pour la rate, pourvu qu'on s'abstienne du bain : on prétend même que, dans l'espace de trente cinq jours, elle expulse la rate tout entière par les urines et les selles. La décoction de la racine se prescrit encore dans les douleurs des lombes et la paralysie. La graine de câprier, pilée et cuite dans le vinaigre, apaise le mal de dents : la racine mâchée a la même vertu. On injecte dans les oreilles douloureuses de l'huile où l'on a fait bouillir des câpres. Les feuilles et la racine fraîche, appliquées avec du miel, guérissent les ulcères phagédéniques. La racine seule, en cataplasme, résout les écrouelles ; sa décoction dans de l'eau dissipe les parotides, et détruit les vers des oreilles. Elle est bonne aussi pour les affections du foie. On la donne avec du miel et du vinaigre, pour tuer les vers plats des intestins. La décoction de cette même racine, dans le vinaigre, guérit les ulcérations de la bouche. Tous les auteurs conviennent que les câpres sont nuisibles à l'estomac.

Du *ligusticum* ou panax, 4.

LX. Le *ligusticum*, appelé aussi quelquefois *panax*, est bon à l'estomac, et dissipe les spasmes et les gonflemens. Quelques auteurs le nomment aussi, mais à tort, *cunila bubula* (cunila des bœufs), ainsi que nous l'avons dit précédemment.

De cunila bubula, v.

LXI. 16. Cunilæ præter sativam plura sunt in medicina genera. Quæ bubula appellatur, semen pulegii habet, utile ad vulnera commanducatum impositumque, ut quinto post die solvatur. Et contra serpentes in vino bibitur, ac tritum plagæ imponitur. Vulnera ab iis facta perfricantur. Item testudines cum serpentibus pugnaturæ hac se muniunt : quidamque in hoc usu panaceam vocant. Sedat et tumores, et virilium mala, sicca, vel foliis tritis, in omni usu mire congruens ex vino.

De cunila gallinacea, sive origano, v.

LXII. Est alia cunila, gallinacea appellata nostris, Græcis origanum Heracleoticum. Prodest oculis trita addito sale. Tussim quoque emendat, et jocinerum vitia. Laterum dolores cum farina, oleo et aceto in sorbitionem temperata. Præcipue vero serpentium morsus.

De cunilagine, VIII.

LXIII. Tertium genus est ejus, quæ a Græcis mascula, a nostris cunilago vocatur, odoris fœdi, radicis

Du *cunila bubula*, 5.

LXI. 16. Outre le *cunila* cultivé, il en est plusieurs espèces usitées en médecine. Celle que nous appelons *cunila* des bœufs, a la graine semblable à celle du pouliot. Cette graine, mâchée et appliquée, est bonne pour les plaies; on l'enlève au bout de cinq jours. On la prend dans du vin, contre la morsure des serpens, et en outre, on la broie et on l'applique sur la plaie, ou bien on en fait des frictions. Les tortues, quand elles veulent combattre les serpens, cherchent un préservatif dans cette plante; ce qui lui a valu, de la part de certains auteurs, le nom de panacée. Elle dissipe les tumeurs et les engorgemens des parties naturelles. On l'applique sèche, ou bien l'on fait un cataplasme des feuilles broyées; dans du vin, elle convient parfaitement pour tous les cas.

Du *cunila gallinacea*, ou origan, 5.

LXII. On connaît une autre espèce de *cunila*, appelée par les Latins *cunila gallinacea* (des poules), et par les Grecs, origan héracléotique. Broyée et appliquée avec du sel, elle est bonne pour les yeux. Elle soulage la toux et les maladies du foie. Prise sous forme de bouillie avec de la farine, de l'huile et du vinaigre, elle apaise les douleurs de côtés: cependant, c'est contre la morsure des serpens qu'elle est plus spécialement efficace.

Du *cunilago*, 8.

LXIII. Une troisième espèce, appelée par les Grecs *coniza* (*cunila*) mâle, et par les Latins *cunilago*, a l'o-

lignosæ, folio aspero. Vires ejus vehementissimas in omnibus generibus earum tradunt. Manipulo quoque ejus abjecto, omnes e tota domo blattas convenire ad eam. Privatim adversus scorpiones ex posca pollere. Tribus foliis ex oleo peruncto homine, fugari serpentes.

De cunila molli, III. De cunila libanotide, III.

LXIV. E contrario quæ mollis vocatur, pilosioribus foliis ac ramis aculeatis, trita mellis odorem habet, digitis tactu ejus cohærescentibus. Altera thuris, quam libanotidem appellamus. Medetur utraque contra serpentes ex vino vel aceto. Pulices etiam contritæ cum aqua sparsæ necant.

De cunila sativa, III. Cunila montana, VII.

LXV. Sativa quoque suos usus habet. Succus ejus cum rosaceo auriculas juvat. Ipsa ad ictus bibitur.

Fit ex ea montana, serpyllo similis, efficax contra serpentes. Urinam movet : purgat et a partu mulieres. Concoctionem mire adjuvat, et ad cibos aviditatem. Utraque vel in cruditate jejunis in potione aspersa. Luxa-

deur forte , la racine ligneuse et les feuilles rudes. On prétend que, de toutes les espèces, c'est celle qui a le plus de vertus. Si l'on jette en quelque endroit quelques poignées de cette herbe, toutes les blattes de la maison viendront s'y rassembler. Avec de l'oxycrat, elle est bonne particulièrement pour la piquûre des scorpions. Il suffit de se frotter avec trois de ses feuilles, trempées dans de l'huile, pour faire fuir les serpens.

Du *cunila mollis*, 3. Du *cunila libanotis*, 3.

LXIV. L'espèce de *cunila* désignée par les Latins sous le nom de *cunila mollis* (molle), a les feuilles plus velues et les tiges piquantes : froissée, elle rend une odeur de miel, et s'attache aux doigts : l'espèce précédente a l'odeur de l'encens, ce qui lui a fait donner aussi le nom de *libanotis*. L'une et l'autre, prise dans du vin ou du vinaigre, guérissent les morsures des serpens. Si l'on répand en quelque endroit l'eau dans laquelle on les a broyées, on fait périr toutes les puces qui s'y trouvent.

Du *cunila* cultivé (sarriette), 3. Du *cunila* de montagne, 7.

LXV. L'espèce cultivée a aussi ses usages en médecine. Son suc, mêlé avec de l'huile rosat, est bon pour les oreilles. On prescrit la plante même, en breuvage, pour les coups violens.

Cette espèce produit le *cunila* des montagnes, semblable au serpolet, et particulièrement efficace contre les serpens. Elle provoque l'urine et fait sortir les lochies. Elle excite l'appétit, et facilite singulièrement la digestion. Les deux espèces, prises à jeun dans du

tis quoque utilis. Contra vesparum et similes ictus, ex farina hordeacea et posca, utilissima. Libanotidis alia genera suis dicentur locis.

De piperitide, sive siliquastro, v.

LXVI. 17. Piperitis, quam et siliquastrum appellamus, contra morbos comitiales bibitur. Castor et aliter demonstrabat, caule rubro et longo, densis geniculis, foliis lauri, semine albo, tenui, gustu piperis, utilem gengivis, dentibus, oris suavitati, et ructibus.

De origano oniti, sive prasio, vi.

LXVII. Origanum quod in sapore cunilam æmulatur, ut diximus, plura genera in medicina habet: onitin vel prasion appellant, non dissimile hyssopo. Privatim ejus usus contra rosiones stomachi in tepida aqua, et contra cruditates: contra araneos scorpionesque in vino albo: luxata et incussa in aceto, et oleo, et lana.

De tragorigano, ix.

LXVIII. Tragoriganum similis est serpyllo silvestri. Urinam ciet, tumores discutit, contra viscum potum, viperæque ictum efficacissimum, stomachoque acida

bouillon, sont bonnes pour les crudités d'estomac; elles ne le sont pas moins pour les luxations. Avec de la farine d'orge et de l'oxycrat, elles sont spécifiques pour la piquûre des guêpes, et des autres insectes de ce genre. Nous parlerons en lieu convenable des autres espèces de libanotis.

Du piperitis ou siliquastrum, 5.

LXVI. 17. Le *piperitis*, nommé aussi *siliquastrum*, est prescrit en breuvage pour l'épilepsie. Castor en a décrit une autre espèce, qui a la tige rouge, longue, à nœuds très-rapprochés, les feuilles semblables à celles du laurier, la graine blanche, menue, et un goût de poivre. Cette plante est bonne pour les gencives et les dents; elle donne une haleine agréable, et prévient l'éruclation.

De l'origan onitis ou prasiium, 6.

LXVII. L'origan qui a le goût de la sarriette, comme nous l'avons observé, compte plusieurs espèces usitées en médecine; et d'abord, l'*onitis* ou *prasiium*, qui ressemble à l'hyssope. On le prend seul, dans de l'eau tiède, contre les douleurs rongeanles de l'estomac et les indigestions; dans du vin blanc, contre la piquûre des araignées et des scorpions; on l'applique avec du vinaigre, de l'huile et de la laine, pour les luxations et les meurtrissures.

Du tragorigan, 9.

LXVIII. Le tragorigan ressemble au serpolet sauvage. Il provoque les urines, et résout les tumeurs; en potion, il est excellent contre l'ixias, contre la morsure

ructanti, et præcordiis. Tussientibus quoque cum melle datur, et pleuriticis, et peripneumonicis.

De origano heraclio : genera III. Medicinæ XXX.

LXIX. Heraclium quoque tria genera habet, nigrius, latioribus foliis, glutinosum. Alterum exilioribus, mollius, sampsucho non dissimile, quod aliqui prasion vocare malunt. Tertium est inter hæc medium, minus quam cetera efficax. Optimum autem Creticum; nam et jucunde olet. Proximum Smyrnæum, odorius. Heracleoticum, ad potum utilius, quod onitin vocant.

Communis autem usus serpentes fugare, percussis esui dare decoctum, potu urinam ciere, ruptis, convulsis mederi cum panacis radice, hydropicis cum fico, aut cum hyssopo, acetabuli mensuris decoctum ad sextam. Item ad scabiem, pruriginem, psoras, in descensione balinearum. Succus auribus infunditur cum lacte. Tonsillis quoque et uvis medetur, et capitis ulceribus. Venena opii et gypsi extinguit decoctum, si cum cinere in vino bibatur. Alvum mollit acetabuli mensura. Sugillatis illinitur. Item dentium dolori, quibus etiam et candorem facit, cum melle et nitro. Sanguinem narium sistit. Ad parotidas decoquitur cum hordeacea fa-

de la vipère, et aussi contre les flatuosités acides. Il est fort bon pour l'estomac et la poitrine. On l'administre avec du miel, dans la toux, la pleurésie et la péripneumonie.

Des trois espèces d'origan héracléotique, et des trente remèdes qu'il fournit.

LXIX. L'origan héracléotique se partage en trois variétés. La première est brune, visqueuse, et a les feuilles larges; la seconde a les feuilles plus petites : elle est plus molle, et ressemble assez au *sampsuchus*, que d'autres nomment de préférence *prasion*. La troisième tient le milieu entre les deux précédentes, et a moins de vertus. Au reste, l'origan de Crète est le meilleur de tous, car il a une agréable odeur; ensuite vient celui de Smyrne, qui a plus de parfum; pour prendre en breuvage, c'est l'héracléotique ou l'*onitis* qu'on doit préférer.

En général, l'origan a la propriété de chasser les serpents; on le fait manger en potage à ceux qui ont été mordus. En potion, il provoque l'urine; et, si l'on y joint la racine de panax, ce sera un bon remède pour les ruptures et les contractions spasmodiques. Bouilli à la quantité de deux onces, avec autant d'hyssope et de figes, jusqu'à réduction à un sixième de la liqueur, il guérit l'hydropisie. Pris en entrant dans le bain, il est utile pour la gale, la gratelle et les démangeaisons. On injecte son suc dans les oreilles, avec du lait. Il guérit les inflammations des amygdales et de la luette, et les ulcères de la tête. Sa décoction, buë avec du vin et un peu de cendre, est un antidote pour ceux qui ont été empoisonnés par le gypse ou l'opium. Pris à la quantité de deux onces, il lâche le ventre. On l'applique en cata-

rina. Ad arterias asperas cum galla et melle teritur : ad lienem folia cum melle et sale. Crassiores pituitas et nigras extenuat coctum cum aceto et sale, sumptum paulatim. Regio morbo tritum cum oleo in nares infunditur. Lassi perunguntur ex eo, ita ut ne venter attingatur. Epinyctidas cum pice sanat. Furunculos aperit cum fico trita : strumas cum oleo et aceto et farina hordeacea. Lateris dolores cum fico illitum. Fluxiones sanguinis in genitalibus tusum, et aceto illitum. Reliquias purgationum a partu.

De lepidio, III.

LXX. Lepidium inter urentia intelligitur. Sic et in facie cutem emendat exulcerando, ut tamen cera et rosaceo facile sanetur. Sic et lepras, et psoras tollit semper facile, et cicatricum ulcera. Tradunt in dolore dentium adalligatum brachio qua doleat, convertere dolorem.

De gith, sive melanthio, XXIII.

LXXI. Gith ex Græcis, alii melanthium, alii melan-

plasma sur les meurtrissures. Si l'on en frotte les dents avec du miel et du nitre, il en calme la douleur, et de plus il les blanchit. Il arrête les hémorrhagies du nez. Cuit avec de la farine d'orge, il dissipe les parotides. On le broie avec de la noix de galle et du miel, pour amollir les voies aériennes. Ses feuilles, broyées avec du miel et du sel, sont bonnes pour la rate. Cuit avec du vinaigre et du sel, et pris à petites doses, il atténue la pituite épaisse et noire. Broyé avec de l'huile, on l'introduit dans les narines, pour la jaunisse. Dans une extrême fatigue, en s'en frotte le corps, mais sans toucher au ventre. Avec la poix, il guérit les épinyctides; avec une figue broyée, il ouvre les furoncles; avec de l'huile, du vinaigre et de la farine d'orge, il résout les écrouelles. Appliqué avec des figues, il soulage les douleurs de côtés; broyé avec du vinaigre, et appliqué sur les parties naturelles, il en arrête les fluxions sanguines. Enfin, il fait couler les restes des vidanges, après l'accouchement.

Du *lepidium*, 3.

LXX. Le *lepidium* est une plante caustique. Aussi, est-il propre à enlever les taches du visage, non pas sans l'excorier, il est vrai; mais le mal est bientôt guéri par l'huile rosat et la cire. Il détruit, avec la même facilité, la lèpre, la gale et les cicatrices des ulcères. On dit que cette plante, attachée à un bras, du côté où l'on souffre du mal de dents, attire la douleur sur ce bras.

Du *gith* (nielle), ou *melanthium*, 23.

LXXI. Des auteurs grecs donnent au *gith* des Latins

spermon vocant. Optimum, quam excitatissimi odoris, et quam nigerrimum. Medetur serpentium plagis et scorpionum. Illini ex aceto ac melle reperio, incensoque serpentes fugari. Bibitur drachma una et contra araneos. Distillationem narium discutit tusum in linteolo olfactum. Capitis dolores illitum ex aceto et infusum naribus. Cum irino oculorum epiphoras et tumores. Dentium dolores coctum cum aceto. Ulcera oris tritum aut commanducatum. Item lepras et lentigines ex aceto. Difficultates spirandi addito nitro potum. Duritias, tumoresque veteres, et suppurationes, illitum. Lacte mulierum auget continuis diebus sumptum. Colligitur succus ejus, ut hyoseyami. Similiterque largior, venenum est, quod miremur: quum semen gratissime panes etiam condat. Oculos quoque purgat: urinam et menses ciet. Quinimmo linteolo deligatis tantum granis xxx secundas trahi reperio. Aiunt et clavis in pedibus mederi tritum in urina: culices suffitu necare: item muscas.

De aneso, sive aniceto, LXI.

LXXII. Et anesum adversus scorpiones ex vino bibitur, Pythagoræ inter pauca laudatum, sive crudum,

le nom de *melanthium*, ou de *melanspermon*: on regarde comme le meilleur celui qui est le plus noir, et qui a l'odeur la plus pénétrante. Il est utile contre la morsure des serpens et la piqûre des scorpions. On l'applique, avec du vinaigre et du miel. Brûlé, son odeur chasse les serpens; on le prend en potion, à la dose d'une drachme, contre la morsure des araignées venimeuses. Broyé, lié dans un linge, et flairé, il guérit les rhumes de cerveau; appliqué avec du vinaigre, et introduit dans les narines, il calme les douleurs de tête; avec de l'huile d'iris, il dissipe les inflammations et les enflures des yeux; cuit avec du vinaigre, il apaise le mal de dents; broyé ou mâché, il guérit les ulcères de la bouche; appliqué avec du vinaigre, il détruit la lèpre et les taches de rousseur; pris en breuvage avec du nitre, il convient aux asthmatiques; appliqué à l'extérieur, il résout les duretés, les tumeurs anciennes et les abcès; pris plusieurs jours de suite, il augmente le lait aux femmes qui nourrissent. On recueille le suc du gith, comme celui de la jusquiame. Mais, pris à trop haute dose, il est pareillement un poison; chose étrange, car sa graine donne au pain une saveur agréable. Cette graine nettoie les yeux, et pousse les urines et les règles: nous lisons même que trente grains seulement, liés dans un linge, font sortir l'arrière-faix. On prétend que, broyée dans l'urine, et appliquée sur les cors aux pieds, elle les détruit; que, si on la brûle, son odeur tue les mouchérons et les mouches.

De Panis, ou anicetum, 6r.

LXXII. L'anis se prend dans du vin, contre la piqûre des scorpions. Pythagore vante beaucoup cette plante,

sive decoctum. Item viride aridumve, omnibus quæ condiuntur, quæque intinguntur, desideratum. Panis etiam crustis inferioribus subditum. Saccis quoque additur : cum amaris nucibus vina commendat. Quin ipsum oris halitum jucundiolem facit, fœtoremque tollit manducatum matutinis cum smyrnio, et melle exiguo, mox vino collutum. Vultum juniorem præstat. Insomnia levat suspensum in pulvino, ut dormientes olfaciant. Appetentiam ciborum præstat, quando id quoque inter artificia deliciæ fecere, ex quo labor desiit cibos poscere. Ob has causas quidam anicetum id vocavere.

Ubi optimum, et reliquæ medicinæ ex eo.

LXXIII. Laudatissimum est Creticum, proximum Ægyptium. Hoc ligustici vicem præstat in condimentis. Dolores capitis levat suffitum naribus. Epiphoris oculorum Evenor radicem ejus tusam imponit : Iollas ipsum cum croco pari modo et vino, et per se tritum cum polenta ad magnas fluxiones, extrahendisque, si qua in oculos inciderint. Narium quoque carcinodes consumit illitum ex aqua. Sedat anginas cum melle et hyssopo ex aceto gargarizatum. Auribus infunditur cum rosaceo. Thoracis pituitas purgat tostum : cum melle sumptum, melius. Cum acetabulo anesi nuces amaras L purgatas

soit cuite, soit crue. Sèche ou verte, elle entre dans tous les assaisonnemens, dans toutes les sauces; on en saupoudre même la croûte inférieure du pain. On en met aussi dans les chausses où l'on passe le vin; avec des amandes amères, elle donne au vin un goût agréable. Mangé le matin avec du *smyrnion* et un peu de miel, l'anis ôte la mauvaise odeur de la bouche, et rend l'haleine douce, pourvu qu'on se lave ensuite la bouche avec du vin. Il fait paraître le visage plus jeune. Attaché au coussin, de manière qu'étant couché on puisse en respirer l'odeur, il prévient les songes. Il réveille l'appétit, et, dans ce siècle de mollesse, on est obligé de recourir à une plante, pour exciter un besoin que le travail ne fait plus sentir. Voilà pourquoi quelques auteurs l'ont appelé *anicetum* (invincible, sans pareil).

Où se trouve le meilleur anis; autres usages de cette plante.

LXXIII. Le meilleur anis est celui de Crète, ensuite celui d'Égypte; on emploie celui-ci comme assaisonnement, au lieu de *ligusticum*. Le parfum de la plante brûlée, aspiré par le nez, calme les douleurs de tête. Evenor applique la racine pilée, pour les fluxions des yeux. Iollas applique l'anis avec du safran et du vin, ou bien l'anis pilé avec du gruau, pour les fluxions considérables, et pour extraire les corps étrangers qui pourraient s'être introduits dans les yeux. Appliqué avec de l'eau, il détruit les chancres du nez. En gargarisme, avec de l'hyssope, du miel et du vinaigre, il guérit l'esquinancie; on l'injecte dans les oreilles avec de l'huile rosat. Rôti, il évacue les flegmes de la poitrine; et mieux encore, si on le prend avec du miel. Recette pour la toux :

tere in melle ad tussim. Facillime vero anesi drachmæ tres, papaveris duæ miscentur melle ad fabæ magnitudinem, et ternis diebus sumuntur. Præcipuum autem est ad ructus : ideo inflationibus stomachi, et intestinorum torminibus, et cœliacis medetur. Singultus et olfactum decoctum potumque inhibet. Foliis decoctis digerit cruditates. Succus decocti cum apio olfactus sternutamenta inhibet. Potum somnum concitat : calculos pellit : vomitiones cohibet, et præcordiorum tumores. Et pectorum vitiis, nervis quoque, quibus succinctum est corpus, utilissimum. Prodest et capitis doloribus instillari succum cum oleo decocti. Non aliud utilius ventri et intestinis putant : ideo dysentericis et in tenesmo datur tostum. Aliqui addunt et opium, pilulis in die ternis lupini magnitudine in vini cyatho dilutis. Dieuches et ad lumborum dolores succo usus est. Semen hydropicis, et cœliacis dedit tritum cum menta : Evenor radicem ad renes. Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplasma imposuit cum apio : item vulvarum dolori : deditque bibendum cum anetho parturientibus. Phreneticis quoque illinivit recens cum polenta. Sic et infantibus comitiale vitium, aut contractiones sentientibus. Pythagoras quidem negat corripi vitio comitali in manu habentes : ideoque quamplurimum domi serendum. Parere quoque facilius olfactantes. Et statim a partu dan-

prenez deux onces d'anis, cinquante amandes amères mondées ; broyez et incorporez le tout dans du miel. Un autre remède fort simple, c'est de faire, avec trois drachmes de graine de pavot et du miel, des trochisques de la grosseur d'une fève, qu'on prend pendant trois jours. L'anis provoque singulièrement l'éruclation ; aussi est-il fort bon pour les gonflemens d'estomac, les tranchées et le cours de ventre. Sa décoction, flairée ou buë, arrête le hoquet. La décoction de ses feuilles est un excellent secours dans les digestions laborieuses. Sa décoction, faite avec l'ache, arrête l'éternûment, par sa seule odeur. L'anis, pris en breuvage, provoque le sommeil, expulse les graviers de la vessie, arrête le vomissement, et résout les tumeurs des viscères. Il est excellent pour les maladies de la poitrine, et pour le diaphragme. Sa décoction, dans de l'huile, versée sur la tête, en calme les douleurs. On prétend que rien n'est meilleur que l'anis, pour le ventre et les intestins : aussi, le prescrit-on rôti, dans la dysenterie et le ténésme. Quelques-uns y joignent de l'opium, et en font prendre chaque jour trois pilules, de la grosseur d'un lupin, délayées dans un cyathe de vin. Dieuchès employait le suc d'anis, dans les douleurs des lombes. Il donnait la graine, broyée avec de la mente, pour l'hydropisie et le flux de ventre. Évenor prescrivait la racine, pour les maladies des reins. Dalion, herboriste, appliquait un cataplasme d'anis et d'ache, aux femmes en travail d'enfant, et à celles qui souffraient de la matrice ; de plus, il faisait boire aux premières de l'anis et de l'aneth. Il appliquait aux frénétiques de l'anis vert, avec du gruau ; et aussi aux enfans sujets à l'épilepsie, ou à des contractions spasmodiques. Suivant Pythagore, quiconque porte de l'anis dans sa

dum potui polenta aspersa. Sosimenes contra omnes duritias ex aceto usus est eo, et contra lassitudines, in oleo decoquens addito nitro. Semine ejus potio, lassitudinis auxilium viatoribus spondit. Heraclides ad inflationes stomachi semen tribus digitis cum castorei obolis duobus ex mulso dedit. Similiter ad ventris aut intestinorum inflationes. Et orthopnoicis, quod ternis digitis prehenderit seminis, tantundem hyoscyami cum lacte asinino. Multi vomituris acetabula ejus et folia lauri decem trita in aqua, bibenda inter cœnam suadent. Strangulatus vulvæ, si manducetur et linatur calidum, vel si bibatur cum castoreo in aceto et melle, sedat. Vertigines a partu cum semine cucumeris et lini pari mensura ternum digitorum, vini albi tribus cyathis discutit.

Tlepolemus ad quartanas ternis digitis seminis anisi et feniculi usus est in aceto et mellis cyatho uno. Lenit articulares morbos, cum amaris nucibus illitum. Sunt qui et aspidum venenis adversari naturam ejus putent. Urinam ciet. Sitiin cohibet. Venerem stimulat. Cum vino sudorem leniter præstat. Vestes quoque a tineis

main, ne sera point attaqué d'épilepsie : aussi, recommande-t-il d'en semer beaucoup dans les jardins. Il ajoute qu'une femme accouche plus facilement, en respirant l'odeur de l'anis ; il veut que, aussitôt après l'accouchement, on lui en fasse boire, avec un peu de gruau. Sosimène l'employait avec le vinaigre, pour résoudre toutes sortes de duretés ; il le faisait cuire dans l'huile, avec un peu de nitre, pour les lassitudes. Il promet même aux voyageurs, s'ils boivent sur la graine d'anis, un préservatif contre la fatigue. Héraclide donnait une forte pincée de cette graine, avec deux oboles de castoreum, dans du vin miellé, pour les gonflemens de l'estomac, du ventre et des intestins. Il prescrivait une forte pincée de graine d'anis, autant de graine de jusquiame, avec du lait d'ânesse, pour l'orthopnée. Plusieurs recommandent à ceux qui doivent vomir, de prendre, broyées dans de l'eau, au milieu du souper, deux onces d'anis et dix feuilles de laurier. L'anis, mâché ou appliqué chaud, ou pris en breuvage avec le castoreum, le vinaigre et le miel, guérit les suffocations de la matrice. Pris à la dose d'une forte pincée, avec autant de graine de lin et de graine de concombre, dans trois cyathes de vin blanc, il dissipe les vertiges qui suivent l'accouchement.

Tlépolème employait, pour les fièvres quartes, une forte pincée de graine d'anis, autant de graine de fenouil, avec du vinaigre et un cyathe de miel. L'anis, appliqué avec des noix amères, soulage les douleurs de la goutte : on croit encore qu'il est bon contre la morsure des aspics. Il est diurétique et aphrodisiaque ; il apaise la soif. Pris avec du vin, il fait suer doucement ; placé dans des étoffes, il les garantit des vers : plus il est frais et noir,

defendit. Efficacius semper recens, et quo nigrius. Stomacho tamen inutile est, præterquam inflato.

De anetho, IX.

LXXIV. 18. Anethum quoque ructus movet, et tormina sedat. Alvum sistit. Epiphoris radices illinuntur ex aqua vel vino. Singultus cohibet semen fervens, olfactum. Sumptum ex aqua, sedat cruditates. Cinis ejus uvam in faucibus levat: oculos et genituram hebetat.

De sacopenio, sive sagapeno, XIII.

LXXV. Sacopenium, quod apud nos gignitur, in totum transmarino alienatur. Illud enim hammoniæ lacrymæ simile, sagapenon vocatur. Prodest laterum et pectoris doloribus, convulsis, tussibus vetustis, excretionibusque, præcordiorum tumoribus. Sanat et vertigines, tremulos, opisthotonicos, lienes, lumbos, perfrictiones. Datur et olfactandum ex aceto in strangulatu vulvæ. Ceteris et potui datur, et cum oleo infricatur. Prodest et contra mala medicamenta.

De papavere albo, III. De papavere nigro, VIII. De sopore: de opio, I. Contra potiones quas ἀνωδύνους, et λιξιπυρέτους, et πεπτικὰς, et κοιλιακὰς vocant. De meconio, I. Quomodo succus herbarum colligendus.

LXXVI. Papaveris sativi tria diximus genera: et

meilleur il est. Toutefois, il ne saurait être utile pour l'estomac, si ce n'est dans les gonflemens de ce viscère.

De l'aneth, 9.

LXXIV. 18. L'aneth provoque l'éruclation et apaise les tranchées; il resserre le ventre. Ses racines, en cataplasme avec de l'eau et du vin, s'appliquent sur les fluxions des yeux. L'odeur de la graine chauffée, aspirée par le nez, arrête le hoquet. Prise en breuvage dans de l'eau, elle est bonne dans les indigestions. La cendre d'aneth relève la luette abaissée. L'aneth affaiblit la vue, et la force génératrice.

Du sacopenium ou sagapenum, 13.

LXXV. Le sacopenium d'Italie diffère totalement de celui d'outre-mer, nommé sagapenum. Ce dernier est semblable à la gomme ammoniacque; il est bon pour les douleurs de côtés et de poitrine, pour les spasmes, pour les toux invétérées, pour les enflures des viscères, enfin pour faciliter l'expectoration. Il guérit les vertiges, les tremblemens, l'opisthotone, les obstructions de la rate, les douleurs des lombes et les frissons. On le fait flairer avec du vinaigre aux femmes qui ont des suffocations de matrice. Dans les autres cas, on le prend en breuvage, et on l'emploie avec de l'huile. Il est encore utile contre les poisons.

Du pavot blanc, 3. Du pavot noir, 8. Du sommeil : de l'opium, 1.

Contre les potions calmantes, fébrifuges, digestives et astringentes.

Du méconium, 1. Comment on recueille le suc de ces plantes.

LXXVI. Nous avons dit qu'il y avait trois espèces de

sponte nascentis alia promissimus. E sativis, albi calyx ipse teritur, et e vino bibitur somni causa. Semen elephantiasi medetur. E nigro papavere sopor gignitur scapo inciso, ut Diagoras suadet, quum turgescit : ut Iollas, quum deflorescit, hora sereni diei, hoc est, quum ros in eo exaruerit. Incidi jubent sub capite et calyce. Nec in alio genere ipsum inciditur caput.

Succus et hic, et herbæ cujuscumque lana excipitur : aut si exiguus est, ungue pollicis, ut lactucis, et postero die magis quod inaruit. Papaveris vero largus densatur, et in pastillos tritus in umbra siccat, non vi soporifera modo, verum si copiosior hauriatur, etiam mortifera per somnos : opium vocant. Sic scimus interemptum Postumii Licinii Cæcinæ prætorii viri patrem in Hispania bavili, quum valetudo impatibilis odium vitæ fecisset : item plerosque alios. Qua de causa magna concertatio existit. Diagoras et Erasistratus in totum damnare, ut mortiferum, infundi vetantes. Præterea, quoniam visui noceret. Addidit Andreas, ideo non protinus excæcari eo, quoniam adulteraretur Alexandria. Sed postea usus ejus non improbat, est medicamento nobili, quod diacodion vocant. Semine quoque ejus trito in pastillos, e lacte utuntur ad somnum : item ad capitis dolores cum

pavots cultivés, et nous avons promis de faire connaître les différentes espèces de pavots sauvages. Quant aux espèces cultivées, on broie le calice du pavot blanc, et on le prend dans du vin, pour provoquer le sommeil. La graine guérit l'éléphantias. Le pavot noir produit un suc narcotique, que l'on en tire par des incisions faites à la tige, au moment où la plante commence à fleurir, suivant Diagoras; et au contraire, suivant Iollas, lorsqu'elle est défleurie, et à l'heure du jour où il fait sec, c'est-à-dire quand il n'y a plus de rosée sur la plante. Les incisions doivent être faites sous la tête et le calice. C'est la seule plante dans laquelle on fasse l'incision à la tête.

Quant au suc même, on le reçoit sur de la laine, comme celui de toute autre plante; ou bien, s'il n'y en a que fort peu, on le râcle avec l'ongle du pouce, comme on fait aux laitues, et le lendemain on ramasse la partie desséchée. Celui du pavot coule abondamment et s'épaissit. On le broie, et on le réduit en trochisques, qu'on fait sécher à l'ombre : c'est ce que l'on appelle l'*opium*. Il ne provoque pas seulement le sommeil; pris à trop haute dose, il conduit à la mort par le sommeil. C'est ainsi qu'est mort le père de Postumius Licinius Cécina, ex-préteur, trésorier en Espagne, à qui une maladie cruelle rendait la vie insupportable. Nous pourrions citer une foule de semblables exemples. La qualité pernicieuse de l'*opium* a excité de vifs débats parmi les médecins. Diagoras et Érasistrate le condamnent absolument comme un poison mortel, et comme étant d'ailleurs nuisible à la vue; ils ne veulent pas même qu'on l'emploie en lavemens. Andréas ajoute que s'il ne rend pas de suite aveugle, c'est parce qu'on le falsifie à Alexandrie. Toutefois, l'usage en a été ensuite approuvé dans la fameuse composition appelée

rosaceo : cum hoc et aurium dolori instillatur. Podagris illinitur cum lacte mulierum. Sic et foliis ipsis utuntur. Item ad sacros ignes et vulnera ex aceto. Ego tamen damnaverim collyriis addi : multoque magis quas vocant lexipyretos, quasque pepticas et cœliacas. Nigrum tamen cœliacis in vino datur. Sativum omne majus : rotunda ei capita ; at silvestri longa ac pusilla, et ad omnes effectus valentiora. Decoquitur et bibitur contra vigiliis : eademque aqua foment ora. Optimum in siccis, et ubi raro pluat. Quum capita ipsa et folia decoquuntur, succus meconium vocatur, multum opio ignavior.

Experimentum opii est primum in odore : sincerum enim perpeti non est : mox in lucernis, ut pura luceat flamma, et ut extinctum demum oleat : quæ in fucato non eveniunt. Accenditur quoque difficilius, et crebro extinguitur. Est sinceri experimentum et in aqua, quoniam in nubila innatat : fictum in pustulas coit.

Sed maxime mirum, æstivo sole deprehendi. Sincerum

diacode. On se sert aussi de la graine de pavot pour faire dormir ; broyée, elle forme des trochisques qu'on prend dans du lait. Pour les douleurs de tête, on la donne avec l'huile rosat ; on l'injecte avec cette même huile dans les oreilles malades. On l'applique, pour la goutte, avec du lait de femme ; les feuilles du pavot s'emploient de la même manière, et aussi avec du vinaigre, pour l'érysipèle et les plaies. Pour moi, je n'approuve point qu'on mêle le suc du pavot dans les collyres, moins encore dans les remèdes fébrifuges et dans ceux qui aident à la digestion, ou qui arrêtent le flux de ventre. Néanmoins, dans ce dernier cas, on donne le pavot noir dans du vin. Tous les pavots cultivés sont plus grands, et ils ont la tête ronde ; elle est petite et longue dans les pavots sauvages, mais ces derniers agissent avec plus de force. On en boit la décoction pour se procurer le sommeil, et l'on s'en baigne le visage. Les meilleurs pavots sont ceux qui croissent dans les lieux secs et où il pleut rarement. Le suc qu'on tire des têtes et des feuilles de la plante, bouillies ensemble, s'appelle *meconium* ; il est beaucoup plus faible que l'opium.

La première marque à laquelle on reconnaît la pureté de l'opium, c'est qu'il a une odeur si pénétrante, qu'on ne peut la supporter. Une seconde, c'est qu'étant allumé il donne une flamme claire et brillante, et qu'il conserve une mauvaise odeur, lorsqu'il est éteint. Or, ces différentes marques ne se rencontrent point dans l'opium falsifié : celui-ci s'enflamme plus difficilement et s'éteint fréquemment. On reconnaît aussi l'opium pur en le mettant dans l'eau, car il nage en forme de nuée ; l'opium sophistiqué y forme des grumeaux.

Mais l'épreuve la plus merveilleuse de l'opium con-

enim sudat, et se diluit, donec succo recenti simile fiat. Mnesides optime servari putat hyoscyami semine adjecto: alii in faba.

De papavere rhœa, 11.

LXXVII. 19. Inter sativa et silvestria medium genus, quoniam in arvis, sed sponte nasceretur, rhœam vocamus et erraticum. Quidam id decerptum protinus cum toto calyce mandunt. Alvum exinaniunt capita quinque decocta in vini tribus heminis pota, et somnum faciunt.

De papavere silvestri ceratiti, sive glaucio, sive paralio, vi.

LXXVIII. Silvestrium unum genus, ceratitin vocant, nigrum, cubitali altitudine, radice crassa et corticosa, calyculo inflexo, ut cornicula. Folia minora et tenuiora, quam ceteris silvestribus.

Semen exile, tempestivum est messibus: alvum purgat dimidio acetabulo in mulso. Folia trita cum oleo, argema jumentorum sanant. Radix acetabuli mensura cocta in duobus sextariis ad dimidias, datur ad lumborum vitia et jocineris. Carbunculis medentur ex melle folia.

siste à l'exposer au soleil : alors l'opium véritable sue , se fond , et ressemble à celui qui est nouvellement extrait de la plante. Mnéside dit que l'opium se conserve très-bien , mêlé avec de la graine de jusquiame ; d'autres veulent le mettre dans des fèves.

Du pavot *rhœa* , 2.

LXXVII. 19. Entre les pavots domestiques et les sauvages , est une espèce mitoyenne , puisqu'elle croît , mais d'elle-même , dans les terres cultivées ; nous l'avons appelée *rhœas* ou pavot *erratique*. Quelques-uns le cueillent et le mangent aussitôt avec le calice. Cinq têtes de *rhœas* , bouillies dans trois hémynes de vin , purgent radicalement par le bas , et procurent le sommeil.

Du pavot champêtre *ceratitis* , autrement *glaucium* ou *paralium* , 6.

LXXVIII. Il y a une espèce de pavot sauvage , appelée *ceratitis* ; elle est noire , haute d'une coudée ; sa racine est grosse et garnie d'écorce. Sa tête est recourbée en forme de corne. Ses feuilles sont plus petites et plus minces que celles des autres pavots sauvages. Sa graine est fort petite , et mûrit au temps de la moisson.

Prise à la dose d'une once dans du vin miellé , elle purge par le bas. Les feuilles , broyées et appliquées avec de l'huile , guérissent les taches qui se forment sur les yeux des bêtes de somme. Deux onces de la racine , bouillies dans deux setiers d'eau jusqu'à réduction à moitié de la liqueur , se donnent pour les maladies des lombes et du foie. Les feuilles , appliquées avec du miel , guérissent les charbons.

Quidam hoc genus glaucion vocant, alii paralion. Nascitur enim in adflatu maris, aut nitroso loco.

De papavere silvestri heraclio, sive aphro, iv. Diacodion.

LXXIX. Alterum e silvestribus genus heraclion vocatur, ab aliis aphron, foliis (si procul intuearis) speciem passerum præbentibus, radice in summa terræ cute, semine spumeo. Ex hoc lina splendorem trahunt æstate. Tunditur in pila comitialibus morbis, acetabuli mensura in vino albo: vomitionem enim facit. Medicamento, quod diacodion et arteriace vocatur, utilissimum. Fit autem hujus papaveris aut cujuscumque silvestris capitibus cxx in aquæ cælestis sextariis tribus biduo maceratis, in eademque discoctis: deinde saccatis, iterumque cum melle decoctis ad dimidias partes vapore tenui. Addidere postea drachmas senas croci, hypocisthidis, thuris, acaciæ, et passi Cretici sextarium. Hæc ostentatione: simplex quidem et antiqua illa salubritas papavere et melle constat.

Papaver tithymalum, sive paralium, iii.

LXXX. Tertium genus est tithymalon: mecona vocant, alii paralion, folio lini, albo, capite magnitudinis

Quelques auteurs nomment ce pavot *glaucion*, d'autres *paralion*. Il croît en effet dans des terrains nitreux, ou exposés aux vents de mer.

Du pavot champêtre *heraclium* ou *aphron*, 4. *Diacodion*.

LXXIX. On connaît une autre espèce de pavot sauvage, appelée *heraclion*, et par d'autres *aphron*. Ses feuilles, vues de loin, ressemblent en quelque façon à des passereaux. Sa racine est à fleur de terre; sa graine, de couleur d'écume, sert à blanchir les toiles en été. Pilée dans un mortier, et prise à la dose de deux onces dans du vin blanc, elle est bonne pour l'épilepsie; en effet, elle excite le vomissement. L'*heraclion* est extrêmement utile pour cette composition que les Grecs appellent *diacodion* et *arteriace*. Voici, au reste, la manière de la faire : on prend cent vingt têtes d'*heraclion*, ou de tout autre pavot sauvage, qu'on laisse macérer pendant deux jours dans trois setiers d'eau de pluie, puis on les fait bouillir dans la même eau. On passe la décoction par la chausse, et on fait bouillir la colature avec du miel, à petit feu, jusqu'à diminution de la moitié. On a ajouté dans la suite à cette composition six drachmes de safran, d'hypocisthe, d'encens et d'acacia avec un setier de vin cuit de Corinthe, addition de charlatanisme : car l'ancienne composition, où il n'entre simplement que des pavots et du miel, n'est pas moins salulaire.

Pavot *tithymalum* ou *paralium*, 3.

LXXX. La troisième espèce est le *tithymalum*, appelé par les uns *mécon*, par les autres *paralios*. Ses feuilles

fabæ. Colligitur uva florente. Siccatur in umbra. Semen potum purgat alvum, dimidio acetabulo in mulso. Cujuscumque autem papaveris caput viride, vel siccum, illitum epiphoras oculorum lenit. Opium ex vino meraculo si protinus detur, scorpionum ictibus resistit. Aliqui hoc tantum nigro tribuunt, si capita ejus vel folia terantur.

De porcilaca, quæ et peplis, XLV.

LXXXI. 20. Est et porcilaca, quam peplin vocant, non multum sativa efficacior: cujus memorabiles usus traduntur. Sagittarum venena, et serpentium hæmorrhoidum, et presterum restingui: pro cibo sumpta, et plagis imposita, extrahi. Item hyoscyami, pota e passo expresso succo. Quum ipsa non est, semen ejus simili effectu prodest. Resistit et aquarum vitiis, capitis dolori, ulceribusque in vino tusa et imposita. Reliqua ulcera commanducata cum melle sanat. Sic et infantium cerebro imponitur, umbilicoque prociduo. In epiphoris vero omnium, fronti temporibusque cum polenta. Sed ipsis oculis, et lacte et melle. Eadem, si procidant oculi, foliis tritis cum corticibus fabæ. Pustulis cum polenta et sale et aceto. Ulcera oris tumoremque gingivarum

sont blanches et semblables à celles du lin; sa tête est de la grosseur d'une fève. On recueille cette plante lors de la floraison de la vigne. On la fait sécher à l'ombre. La graine, prise en potion à la dose d'une once dans du vin miellé, purge par en bas. Au reste, les têtes de toutes les espèces de pavots, appliquées à l'extérieur, vertes ou sèches, adoucissent les fluxions des yeux. L'opium, pris dans du vin pur, aussitôt qu'on a été piqué d'un scorpion, neutralise le venin. Quelques auteurs n'accordent cette vertu qu'au pavot noir, c'est-à-dire à ses feuilles et à ses têtes broyées.

Du porcilaca (pourpier), autrement *peplis*, 45.

LXXXI. 20. Le pourpier sauvage, ou *peplis*, n'a guères plus de vertu que le pourpier cultivé, dont on raconte tant d'effets singuliers. On dit qu'il neutralise le venin des flèches empoisonnées, et celui de l'*hæmorrhoids* et du *prester*; que pris en aliment et appliqué sur les plaies, il fait sortir le venin. On dit de plus que son suc, pris dans du vin cuit, est un bon remède contre la jusquiame. Au défaut de la plante, on emploie la graine qui produit les mêmes effets. Il détruit les mauvaises qualités des eaux. Broyé dans du vin et appliqué, il guérit les douleurs et les ulcères de la tête; mâché avec du miel, tous les autres ulcères. C'est ainsi qu'on l'applique sur la tête des petits enfans, ou pour leurs hernies ombilicales. Pour les fluxions des yeux, on l'applique en général sur le front et les tempes avec du gruau, et avec du lait et du miel, si on le met sur les yeux. Quand les yeux sortent de leur orbite, on applique les feuilles du pourpier broyées avec des cosses

commanducata cruda sedat : item dentium dolores. Tonsillarum ulcera , succus decoctæ. Quidam adjecere paulum myrrhæ. Nam et mobiles dentes stabilit commanducata. Cruditates sedat , vocemque firmat , et sitim arcet. Cervicis dolores , cum galla , et lini semine , et melle , pari mensura sedat. Mammarum vitia , cum melle , aut Cimolia creta. Salutaris est suspiriosis , semine cum melle hausto. Stomachum in acetariis sumpta corroborat. Ardentibus febribus imponitur cum polenta. Et alias manducata refrigerat etiam intestina. Vomitiones sistit. Dysenterix et vomicis estur ex aceto , vel bibitur cum cumino. Tenesmis autem cocta , et comitilibus cibo vel potu prodest. Purgationibus mulierum , acetabuli mensura in sapa. Podagris calidis , cum sale illita , et sacro igni. Succus ejus potus renes juvat , ac vesicas. Ventris animalia pellit. Ad vulnerum dolores ex oleo cum polenta imponitur. Nervorum duritias emollit. Metrodorus , qui Ἐπιτομὴν τῶν ῥιζοσκομμένων scripsit , purgationibus a partu dandam censuit. Venerem inhibet , Venerisque somnia. Prætorii viri pater est , Hispanix princeps , quem scio propter impatibiles uvæ morbos , radicem ejus filo suspensam e collo gerere , præterquam in balineis : ita liberatum incommodo omni.

de fèves. On les met sur les pustules avec du gruau, du sel et du vinaigre. Le pourpier, mâché cru, guérit les ulcères de la tête, l'enflure des gencives, et les douleurs de dents. Sa décoction guérit les ulcères des amygdales; quelques-uns y ajoutent un peu de myrrhe. Mâché, il affermit les dents. Il dissipe les crudités, fortifie la voix, étanche la soif. Avec la noix de galle, la graine de lin, et le miel, à quantité égale, il apaise les douleurs du cou. Appliqué avec le miel ou avec la craie, il guérit les maux des mamelles. Sa graine, prise avec du miel, est salutaire aux asthmatiques. Le pourpier, mangé en salade, fortifie l'estomac. On l'applique avec du gruau dans les fièvres ardentes. Pris comme aliment, il rafraîchit les parties inférieures, et arrête les vomissemens. Il se mange avec du vinaigre, ou se prend en potion avec du cumin, pour la dyssenterie et les abcès internes. Cuit, il est bon pour le ténesme; mangé ou pris en potion, pour l'épilepsie. A la dose de deux onces, dans du vin cuit, il favorise la menstruation. Appliqué avec du sel, il est utile pour les gouttes aiguës et pour les érysipèles. Son suc, en potion, est bon aux reins et à la vessie. Il est vermifuge. On l'applique, avec de l'huile et du gruau, pour calmer la douleur des plaies. Il ramollit la dureté des nerfs. Métrodore, qui a publié une histoire abrégée des plantes, veut qu'on donne du pourpier aux nouvelles accouchées pour leurs purgations. Il refroidit la passion de l'amour et écarte les songes lascifs. Je sais qu'un personnage distingué de l'Espagne, dont le fils a été préteur, et qui souffrait extrêmement d'une maladie de la luelle, s'en délivra entièrement au moyen d'une racine de pourpier, qu'il portait pendue à son cou, et qu'il ne quittait que dans le bain.

Quin etiam inveni apud auctores, caput illitum ea distillationem anno toto non sentire. Oculos tamen hebetare putatur.

De coriandro, XXI.

LXXXII. Coriandrum inter silvestria non invenitur. Præcipuum tamen esse constat Ægyptium. Valet contra serpentium genus unum, quod amphibænas vocant, potum impositumque. Sanat et alia vulnera. Epinyctidas, pustulas tritum. Sic et omnes tumores collectionesque cum melle, aut uva passa. Panos vero ex aceto tritum. Seminis grana tria in tertianis devorari jubent aliqui ante accessionem: vel plura illini fronti. Sunt qui et ante solis ortum cervicalibus subjici efficaciter putent. Vis magna ad refrigerandos ardores viridi. Ulcera quoque, quæ serpunt, sanat cum melle vel uva passa: item testes, ambusta, carbunculos, aures: cum lacte mulieris epiphoras oculorum: ventris et intestinorum fluxiones semen ex aqua potum. Bibitur et in cholericis cum ruta. Pellit animalia interaneorum, cum mali punici succo et oleo semen potum.

Xenocrates tradit rem miram, si vera est: menstrua contineri uno die, si unum granum biberint feminae: biduo, si duo: et totidem diebus quot grana sumpserint.

De plus, j'ai trouvé dans quelques auteurs, que si l'on se frotte la tête de cette racine, on n'aura, pendant toute l'année, aucun rhume de cerveau. On croit néanmoins que le pourpier affaiblit la vue.

De la coriandre, 21.

LXXXII. On ne trouve point de coriandre sauvage : mais il est certain que la meilleure est celle d'Égypte. Prise en potion, et appliquée à l'extérieur, elle est bonne contre la morsure des amphibènes. Elle guérit aussi les autres blessures. Broyée, elle dissipe les pustules appelées épinyctides ; en y ajoutant du miel ou des raisins secs, elle résout toutes sortes de tumeurs et d'abcès. Broyée avec du vinaigre, elle guérit les tumeurs inflammatoires. Quelques médecins recommandent, pour la fièvre tierce, d'avaler trois graines de coriandre avant l'accès, ou d'en appliquer broyées et en plus grand nombre sur le front. D'autres s'imaginent qu'il est très-avantageux de mettre de la coriandre sous le chevet du malade, avant le lever du soleil. La coriandre verte est très-rafraîchissante. Appliquée avec du miel ou des raisins secs, elle guérit les ulcères rongeurs, les maladies des testicules, les brûlures, les charbons, les maux d'oreilles, et, avec du lait de femme, les fluxions des yeux. Sa graine, prise dans de l'eau, est bonne pour le cours de ventre et la diarrhée. On la prend en potion avec de la rue, dans les flux de bile. En potion avec le suc de grenade et l'huile, elle chasse les vers intestinaux.

Xénocrate avance un fait bien singulier, s'il est vrai : c'est qu'une femme arrêtera son écoulement périodique, l'espace d'un jour, si elle prend en potion un grain de coriandre ; elle l'arrêtera deux jours, si elle en prend

Marcus Varro, coriandro subtrito cum aceto, carnem incorruptam æstate servari putat.

De atriplice, XIII.

LXXXIII. Atriplex et silvestre et sativum est. Pythagoras tamquam faceret hydropicos, morbosque regios, et pallorem, concoqueretur difficillime: ac ne in hortis quidem juxta id nasci quidquam, nisi languidum, culpavit. Addidere Dionysius et Diocles, plurimos gigni ex eo morbos. Nec nisi mutata sæpe aqua coquendum: stomacho contrarium esse, lentigines et papulas gignere. Miror, quare difficulter in Italia id nasci tradiderit Solon Smyrnæus. Hippocrates vulvarum vitiis id infundit cum beta. Lycus Neapolitanus contra cantharidas bibendum dedit. Panos, furunculos incipientes, duritias omnes, vel cocto vel crudo utiliter illini putavit. Item ignem sacrum, cum melle, aceto nitroque: similiter podagras. Ungues scabros detrahare dicitur sine ulcere. Sunt qui et morbo regio dent semen ejus cum melle, arterias et tonsillas nitro addito perfricent, alvum moveant, cocto vel per se, vel cum malva aut lenticula, concitantes vomitiones. Silvestri capillos tingunt, et ad supra scripta utuntur.

deux grains ; enfin elle l'arrêtera autant de jours qu'elle en prendra de grains. Marcus Varron croit qu'au moyen de la coriandre concassée et du vinaigre, on peut garder de la viande en été sans qu'elle se corrompe.

De l'atriplex (arroche), 13.

LXXXIII. L'arroche a des espèces sauvages et des espèces cultivées. Pythagore accuse cette plante de causer l'hydropisie et la jaunisse, de rendre le teint pâle, d'être d'une digestion difficile, enfin d'empêcher de profiter les autres herbes qui croissent auprès d'elle dans les jardins. Dionysius et Dioclès ajoutent qu'elle produit un grand nombre de maladies ; qu'on ne doit la manger qu'après l'avoir fait cuire dans plusieurs eaux ; qu'elle est contraire à l'estomac ; qu'elle cause des taches de rousseur et des exanthèmes. Je m'étonne que Solon de Smyrne ait avancé qu'elle croît difficilement en Italie. Hippocrate prescrit, en injection, l'arroche avec de la poirée, pour les douleurs de la matrice. Lycus de Naples la faisait boire contre les cantharides. Il croit qu'appliquée cuite ou crue, elle est bonne pour les phlegmons, les furoncles naissans, et pour toutes sortes de tumeurs dures ; qu'appliquée avec du miel, du vinaigre et du nitre, elle est utile pour l'érysipèle et la goutte. On dit qu'elle fait tomber, sans ulcération, les ongles malades. Quelques médecins prescrivent la graine d'arroche avec du miel contre la jaunisse, et recommandent de s'en frotter le gosier et les amygdales en y ajoutant du nitre. Ils font prendre la décoction de la graine, bouillie seule ou avec des lentilles et des mauves, pour lâcher le ventre et provoquer le vomissement. On se sert de l'arroche

Malva malope, XIII. Malva malache, I. Malva althæa, sive plistolocia, LIX.

LXXXIV. 21. E contrario in magnis laudibus malva est utraque, et sativa et silvestris. Duo genera earum amplitudine folii discernuntur. Majorem Græci malopen vocant in sativis. Alteram ab emolliendo ventre dictam putant malachen. E silvestribus, cui grande folium et radices albæ, althæa vocatur, ab excellentia effectus: a quibusdam plistolocia. Omne solum, in quo serantur, pinguius faciunt. Huic contra omnes aculeatos ictus efficax vis, præcipue scorpionum, vesparum, similiumque, et muris aranei. Quin et trita cum oleo qualibet earum peruncti ante, vel habentes eas non feriuntur. Folium impositum scorpionibus torporem adfert. Valent et contra venena. Aculeos omnes extrahunt illitæ crudæ cum nitro: potæ vero decoctæ cum radice sua, leporis marini venena restinguunt: et ut quidam dicunt, si vomatur.

De eisdem mira et alia traduntur. Sed maxime, si quotidie quis succi ex qualibet earum sorbeat cyathum dimidium, omnibus morbis cariturum. Ulcera manantia

sauvage pour teindre les cheveux ; on l'emploie en médecine comme l'espèce cultivée.

De la mauve malope, 13. De la mauve malache, 1. De la mauve *althæa* ou *plistolocia*, 59.

LXXXIV. 21. Au contraire, la mauve cultivée et la mauve sauvage sont toutes deux fort estimées en médecine. Elles comprennent chacune deux variétés qu'on distingue par la grandeur de leurs feuilles. Les Grecs appellent *malope* la grande mauve des jardins ; ils donnent à l'autre le nom de *malache*, peut-être, dit-on, parce qu'elle lâche le ventre. Parmi les mauves sauvages, celle qui a les feuilles grandes et les racines blanches, s'appelle *althæa*, à cause de ses effets salutaires ; d'autres la nomment *plistolocie*. Les mauves engraisent le sol où elles croissent. La mauve sauvage a une vertu particulière contre les piqûres de toute bête venimeuse, surtout contre celles des scorpions, des guêpes et autres insectes de ce genre, et contre la morsure des musaraignes. Il y a plus : si l'on se frotte de cette plante broyée avec de l'huile, ou si on la porte sur soi, on est à l'abri de ces accidens. Une feuille de cette mauve, jetée sur un scorpion, l'engourdit. Les mauves sont un antidote contre les venins. Appliquées crues, avec du nitre, elles font sortir tous les corps acérés, engagés dans la chair. Bouillies avec leurs racines, elles neutralisent le poison du lièvre marin, pourvu, suivant quelques-uns, que l'on vomisse.

On raconte plusieurs autres propriétés merveilleuses des mauves. La principale, c'est qu'en prenant chaque jour cinq drachmes d'une mauve quelconque, on sera exempt de toute maladie. Les mauves macérées dans

in capite sanant in urina putrefactæ, lichenas et ulcera oris cum melle. Radix decocta, furfures capitis et dentium mobilitates. Ejus, quæ unum caulem habet, radice circa dentem qui doleat pungunt, donec desinat dolor. Eadem strumas et parotidas panosque, addita hominis saliva, purgat citra vulnus. Semen in vino nigro potum a pituita et nauseis liberat. Radix mammarum vitii occurrit, adalligata in lana nigra. Tussim in lacte cocta, et sorbitionis modo sumpta, quin diebus emendat. Stomacho inutiles Sextius Niger dicit. Olympias Thebana, abortivas esse cum adipe anseris: aliqui purgari feminas, foliis earum manus plenæ mensura in oleo et vino sumptis. Utique constat parturientes foliis substratis celerius solvi: protinus a partu revocandum, ne vulva sequatur.

Dant et succum bibendum parturientibus jejunis, in vino decoctæ hemina. Quin et semen adalligant brachio, genitale non continentium. Adeoque cæ Veneri nascuntur, ut semen unicaulis aspersum genitali, feminarum aviditates augere ad infinitum Xenocrates tradat: itemque tres radices juxta adalligatas:

l'urine guérissent les ulcères humides de la tête ; avec du miel , elles guérissent les ulcères de la bouche et les dartres vives. La décoction des racines fait tomber le son de la tête , et affermit les dents ébranlées. La racine de la mauve à une seule tige , est bonne pour le mal de dents , si l'on pique avec cette racine les environs de la dent malade , jusqu'à ce que la douleur cesse. La même racine , appliquée avec de la salive , résout les écrouelles , les parotides et les phlegmons , sans les entamer. La graine de mauve , prise dans du vin noir , chasse la puitte et dissipe les maux de cœur. La racine , appliquée avec de la laine noire sur les mamelles , prévient les maladies auxquelles elles sont sujettes. Cuite dans du lait et prise en guise de potage , pendant cinq jours , elle guérit la toux. Sextius Niger prétend que les mauves sont nuisibles à l'estomac. Olympias de Thèbes assure , qu'appliquées avec de la graisse d'oie , elles causent l'avortement. D'autres disent que si une femme prend une poignée de feuilles de mauves , avec de l'huile et du vin , elle provoquera l'écoulement périodique. Du moins est-il certain que si l'on met de ces feuilles sous une femme en travail , elle sera plus tôt délivrée ; mais il faut avoir soin de les ôter aussitôt après l'accouchement , si l'on ne veut pas qu'il soit suivi d'une chute de matrice.

On fait prendre aussi à jeun , aux femmes qui sont en travail , une hémine de décoction de mauves dans du vin. On ordonne aux hommes attaqués de la gonorrhée , de porter de la graine de mauve attachée au bras. Enfin les mauves sont tellement propres à l'amour , que , selon Xénocrate , si une femme se frotte les parties naturelles avec la graine de la mauve à une seule tige , elle sera infiniment plus avide de plaisir. Trois racines , at-

tenesmo et dysentericis utilissime infundi : item sedis vitiis , vel si foveantur. Melancholicis quoque succus datur cyathis ternis tepidus : et insanientibus , quaternis. Decoctæ comitialibus heminæ succi. His et calculosis , et inflatione , et torminibus , aut opisthotonico laborantibus , tepidus illinitur. Et sacris ignibus , et ambustis , decocta in oleum folia imponuntur : et ad vulnerum impetus cruda cum pane. Succus decoctæ nervis prodest , et vesicæ , et intestinorum rosionibus. Vulvas et cibo et infusione emollit in oleo : succus decoctæ pori meatus suaves facit.

Althææ in omnibus supra dictis efficacior radix : præcipue convulsis ruptisque. Cocta in aqua alvum sistit. Ex vino albo strumas , et parotidas , et mammaram inflammationes , et panos in vino folia decocta et illita tollunt. Eadem arida in lacte decocta , quamlibet perniciosæ tussi citissime medentur. Hippocrates vulneratis , sitientibusque defectu sanguinis , radicis decoctæ succum bibendum dedit : et ipsam vulneribus cum melle et resina : item contusis , luxatis , tumentibus , et musculis , nervis , articulis imposuit : et asthmaticis ac dysentericis

tachées auprès des mêmes parties, produisent un effet analogue. Xénocrate ajoute que les lavemens de mauve sont très-bons pour le ténesme et la dysenterie, et aussi pour les maladies du fondement ; dans ce dernier cas, les fomentations seules sont très-salutaires. On donne le suc de la mauve, à la dose de trois cyathes, tiède, aux mélancoliques, et à la dose de quatre cyathes aux maniaques. On prescrit une hémine de la décoction aux épileptiques. On l'emploie tiède et en liniment, pour l'épilepsie, la gravelle, les gonflemens flatueux, les tranchées et l'opisthotone. Les feuilles, bouillies dans l'huile, s'appliquent sur les érysipèles et les brûlures. On les applique, crues avec du pain, pour arrêter les inflammations des plaies. La décoction de mauve est bonne aux nerfs, à la vessie, et pour les tranchées des intestins. Prise en nourriture ou en lavemens, elle ramollit la matrice. La décoction de cette même plante, prise en breuvage, procure une transpiration d'une agréable odeur.

La racine d'*althæa* a encore plus de vertu dans tous les cas précités, et spécialement pour les spasmes et les ruptures. Bouillie dans de l'eau, elle resserre le ventre. Ses feuilles, bouillies dans du vin blanc, et appliquées en cataplasme, dissipent les écrouelles, les parotides, les enflures des mamelles et les phlegmons. Sèches et bouillies dans du lait, elles guérissent très-promptement les toux du plus mauvais caractère. Hippocrate faisait boire la décoction de la racine aux blessés qui éprouvaient cette soif qui suit une perte excessive de sang. Il appliquait la racine même avec du miel et de la résine sur les plaies, les contusions, les luxations, les enflures, et sur les muscles, les nerfs et les articulations. Il la fai-

in vino bibendum dedit. Mirum, aquam radice ea addita addensari sub dio, atque lactescere. Efficacior autem, quo recentior.

De lapatho silvestri, sive oxalide, sive lapatho cantherino, sive rumice, I. De hydrolapatho, II. De hippolapatho, VI. De oxylapatho, IV.

LXXXV. Nec lapathum dissimiles effectus habet. Est autem et silvestre, quod alii oxalidem appellant, sapore proximum, foliis acutis, colore betæ candidæ, radice minima : nostri vero rumicem, alii lapathum cantherinum, ad strumas cum axungia efficacissimum. Est et alterum genus fere, oxylapathon vocant, sativo idem similius, et acutiora habet folia ac rubriora, non nisi in palustribus nascens. Sunt qui hydrolapathon tradunt in aqua natum. Est et aliud hippolapathon, majus sativo, candidiusque, ac spissius. Silvestria scorpionum ictibus medentur, et ferire prohibent habentes. Radix aceto decocta, si colluatur succus, dentibus auxiliatur : si vero bibatur, morbo regio. Semen stomachi inextricabilia vitia sanat.

Hippolapathi radices privatim ungues scabros detrahunt. Dysentericos semen duabus drachmis in vino

sait prendre dans du vin aux asthmatiques et aux dysentériques. Un effet singulier de cette racine, c'est que son infusion dans de l'eau exposée à l'air prend la consistance et la couleur du lait. Au reste, plus cette racine est fraîche, plus elle a de vertu.

Du lapathum sauvage ou oxalide, autrement lapathum cantherinum ou rumex, 1. De l'hydrolapathum, 2. De l'hippolapathum, 6. De l'oxylapathum, 4.

LXXXV. Le *lapathum* a presque les mêmes propriétés. Il y a un lapathum sauvage que quelques auteurs grecs appellent *oxalis* et les Latins *rumex*, ou lapathum *cantherinum*. Son goût approche de celui du lapathum cultivé; ses feuilles sont pointues; sa couleur est celle de la bette blanche; sa racine est fort petite. Cette plante, avec de l'axonge, est excellente pour les écrouelles. Il y a un autre lapathum sauvage, appelé *oxylapathum*, qui ressemble davantage à l'espèce cultivée, mais qui a les feuilles plus aiguës et plus rouges. Il ne croît que dans les endroits marécageux. Quelques-uns font mention de l'*hydrolapathum*, qui croît dans l'eau. Il y a aussi l'*hippolapathum*, qui est plus grand que celui des jardins, et dont les feuilles sont plus blanches et plus serrées. Toutes ces espèces ont une vertu singulière contre les piqures des scorpions; il suffit d'en porter sur soi pour être à l'abri de ces accidens. La décoction de leur racine dans du vinaigre soulage le mal de dents, si l'on s'en lave la bouche. Prise en potion, elle est bonne pour la jaunisse. La graine guérit les maux d'estomac les plus opiniâtres.

La racine de l'hippolapathum a les propriétés de faire tomber les ongles malades. La graine, prise dans du vin

potum liberat. Oxylapathi semen lotum in aqua cælesti, sanguinem rejicientibus adjecta acacia lentis magnitudine prodest. Præstantissimos pastillos faciunt ex foliis et radice, addito nitro et thure exiguo. In usu aceto diluunt.

De lapatho sativo, XXI. De bulapatho, 1.

LXXXVI. Sed sativum in epiphoris oculorum illinunt frontibus. Radice lichenas et lepras curant. In vino vero decocta, strumas, et parotidas, et calculos: pota vino et lienes illita, cœliacos æque, et dysentericos, et tenesmos. Ad eademque omnia efficacius jus lapathi: et ructus facit, et urinam ciet, et caliginem oculorum discutit: item prurimum corporis, in solia balinearum additum, aut prius ipsum illitum sine oleo. Firmat et commanducata radix dentes. Eadem decocta cum vino, sistit alvum: folia solvunt. Adjecit Solon (ne quid omitamus) bulapathon, radicis tantum altitudine differens, et erga dysentericos effectu, potæ ex vino.

De sinapi: genera III. Medicinæ XLIV.

LXXXVII. 22. Sinapi, cujus in sativis tria genera diximus, Pythagoras principatum habere ex his, quorum

à la dose de deux drachmes, guérit la dysenterie. La graine de l'*oxylapathum*, lavée dans l'eau de pluie, est un bon remède contre l'hémoptysie, si on y ajoute de l'acacia, à peu près la grosseur d'une lentille. On fait d'excellens trochisques avec la racine de cette plante, en y ajoutant du nitre et un peu d'encens. Si l'on veut en faire usage, on les délaie dans du vinaigre.

Lapathum cultivé, 21. Du bulapathum, 1.

LXXXVI. Quant au lapathum cultivé, on l'applique sur le front pour les fluxions des yeux. Sa racine guérit les dartres et la lèpre. Bouillie dans du vin, elle est bonne pour les écrouelles, les parotides et la gravelle. Prise dans du vin, comme boisson, elle guérit le flux de ventre, la dysenterie et le ténésme; prise de cette même manière, ou appliquée à l'extérieur, elle dissipe les obstructions de la rate. Dans tous ces cas, le suc de la plante est encore plus efficace. Il provoque l'éruclation, il pousse les urines et éclaircit la vue. Si l'on en mêle dans l'eau des bains, ou si l'on s'en frotte sans huile avant d'y entrer, il fait cesser les démangeaisons. La racine mâchée affermit les dents; sa décoction dans du vin resserre le ventre, et la décoction des feuilles le relâche. Enfin, pour ne rien omettre, Solon parle d'une plante qu'il appelle *bulapathum*, et qui ne diffère des autres espèces que par la longueur de sa racine; elle est utile dans la dysenterie, si on la prend avec du vin.

Trois espèces de moutarde; remèdes, 44.

LXXXVII. 22. En traitant des plantes potagères, nous avons mentionné trois espèces de moutarde. Cette

sublime vis feratur, iudicavit, quoniam non aliud magis in nares et cerebrum penetret. Ad serpentium ictus et scorpionum tritum cum aceto illinitur. Fungorum venena discutit. Contra pituitam tenetur in ore, donec liqueat, aut gargarizatur cum aqua mulsa. Ad dentium dolorem manditur : ad uvam gargarizatur cum aceto et melle. Stomacho utilissimum contra omnia vitia, pulmonibusque. Exscreationes faciles facit in cibo sumptum : datur et suspiriosis. Item comitialibus tædiis cum succo cucumerum. Sensus, atque sternutamentis caput purgat, alvum mollit, menstrua et urinam ciet. Hydropicis imponitur, cum fico et cumino tusum ternis partibus.

Comitali morbo, et vulvarum conversione suffocatas excitat odore, aceto mixto : item lethargicos. Adjicitur tordylion. Est autem id semen ex seseli. Et si vehementior somnus lethargicos premat, cruribus aut etiam capiti illinitur cum fico ex aceto. Veteres dolores thoracis, lumborum, coxendicum, humerorum, et in quacumque parte corporis ex alto vitia extrahenda sunt, illitum caustica vi emendat, pustulas faciendo. At in magna duritia sine fico impositum : vel si vehementior ustio timeatur, per duplices pannos. Utuntur ad alopecias

graine, selon Pythagore, est la plus subtile de toutes, et la plus pénétrante; il n'y en a point, en effet, qui monte avec autant de force au nez et au cerveau. Broyée et appliquée avec du vinaigre, elle est utile contre la morsure des serpens et la piqûre des scorpions. Elle neutralise le poison des champignons vénéneux. Pour évacuer les flegmes, on la tient dans la bouche jusqu'à ce qu'elle se fonde, ou bien l'on s'en gargarise avec de l'eau miellée. On la mâche pour le mal de dents; on s'en gargarise avec du vinaigre et du miel dans les affections de la luette. Elle est excellente pour toutes les maladies de l'estomac et du poulmon. Prise avec la nourriture ordinaire, elle excite l'expectoration; elle est bonne aux asthmatiques. On la donne dans les dégoûts, aux épileptiques, avec du suc de concombre. Elle fait éternuer, et, par ce moyen, purge les sens et le cerveau, lâche le ventre, provoque l'urine et les menstrues. On l'applique sur le ventre des hydropiques avec des figes et du cumin, chaque ingrédient pris à quantité égale.

La moutarde, mêlée au vinaigre, fait revenir par son odeur les épileptiques, les femmes qui ont des suffocations de matrice et les léthargiques. On y ajoute le *tordylion*, c'est-à-dire la graine du *seseli*. Si la léthargie est profonde, on met la moutarde sur les jambes, et même sur la tête, avec des figes et du vinaigre. Appliquée avec des figes, elle est d'un grand secours pour les douleurs chroniques de la poitrine, des lombes, des hanches, des épaules et de toutes les parties où il y a des humeurs qu'il faut attirer au dehors; ce qu'elle fait par sa qualité caustique, en excitant des ampoules sur la peau. Si la peau est trop dure, on applique la moutarde seule; si l'on craint qu'elle opère avec trop de

cum rubrica, psoras, lepras, phthiriasis, lichenas, opisthotonicos. Inungunt quoque scabras genas, aut caligantes oculos cum melle. Succusque tribus modis exprimitur in fictili, calescitque in eo sole modice. Exit et e cauliculo succus lacteus, qui ita quum induruit, dentium dolori medetur. Semen ac radix quum imma-
duere musto, conteruntur, manusque plenæ mensura sorbentur ad firmandas fauces, stomachum, oculos, caput, sensusque omnes: mulierum etiam lassitudines, saluberrimæ genere medicinæ. Calculos quoque discutit potum in aceto. Illinitur et livoribus sugillatisque cum melle et adipe anserino, aut cera cypria. Fit et oleum ex eo semine madefacto in oleo expressoque, quo utuntur ad nervorum rigores, lumborumque et coxendicium perfrictiones.

De adarca, XLVIII.

LXXXVIII. Sinapis naturam effectusque eosdem habere traditur adarca, inter silvas tacta, in cortice calamorum sub ipsa coma nascens.

De marrubio sive prasio, sive linostropho, sive philopæde, sive philochare, XXIX.

LXXXIX. Marrubium plerique inter primas herbas

causticité, on l'enveloppe d'un double linge. On l'emploie, avec de la terre rouge, pour l'alopecie, la gale, la lèpre, la maladie pédiculaire, les dartres et l'opisthotone. On en frotte avec du miel les efflorescences des paupières et les yeux obscurcis. Le suc de moutarde se recueille de trois manières; on le reçoit dans un pot de terre, et on l'y laisse ensuite s'échauffer un peu au soleil. On tire aussi de la tige de la plante un suc laiteux, qui, une fois épaissi, est un bon remède contre le mal de dents. On broie ensemble la graine et la racine de moutarde qu'on a laissé tremper dans du moût : cette préparation, si l'on en prend plein le creux de la main, est une excellente recette pour fortifier le gosier, l'estomac, les yeux, la tête et les sens, et pour guérir les lassitudes des femmes. La graine de moutarde, prise en breuvage avec du vinaigre, brise les pierres des reins et de la vessie. On l'applique sur les meurtrissures et les contusions, avec de la graisse d'oie ou de la cire de Cypre. On en fait une huile qu'on tire par expression, après avoir fait tremper la graine de moutarde dans l'huile ordinaire. Cette huile s'emploie pour les raideurs des nerfs et les douleurs des lombes et des hanches.

De l'adarca, 48.

LXXXVIII. L'*adarca*, dont nous n'avons dit qu'un mot en parlant des arbres forestiers, et qui croît sur les roseaux, au dessous de leur tête, est, dit-on, de la nature de la moutarde, et produit les mêmes effets.

Du marrube ou prasion, autrement linostrophon, philopais ou philocharès, 29.

LXXXIX. La plupart des médecins vantent le *marrube*

commendavere, quod Græci prasion vocant, alii lino-
strophon, nonnulli philopæda, aut philochares, notius
quam ut indicandum sit. Hujus folia semenque contrita
prosunt contra serpentes, pectorum et lateris dolores,
tussim veterem. Et iis qui sanguinem rejecerint, eximie
utile, scopis ejus cum panico aqua decoctis, ut asperitas
succi mitigetur. Imponitur strumis cum adipe. Sunt qui
viridis semen, quantum duobus digitis capiant, cum
farris pugillo decoctum, addito exiguo olei et salis,
sorberi jejunis ad tussim jubeant. Alii nihil comparant
in eadem causa marrubii et feniculi succis ad sextarios
ternos expressis, decoctisque ad sextarios duos, tum
addito mellis sextario, rursus decocto ad sextarios duos,
si cochlearii mensura in die sorbeatur in aquæ cyatho.
Et virilium vitiis tusum cum melle mire prodest. Liche-
nas purgat ex aceto. Ruptis, convulsis, spasticis nervis
salutare. Potum alvum solvit cum sale et aceto. Item
menstrua et secundas mulierum. Arida farina cum melle
ad tussim siccam efficacissima est. Item ad gangrænas,
et pterygia.

Succus vero auriculis, et naribus, et morbo regio,
minuendæque bili cum melle prodest. Item contra ve-
nena inter pauca potens. Ipsa herba stomachum et

comme une des plantes les plus utiles ; quelques auteurs grecs l'appellent *prasion*, d'autres *linostrophon*, d'autres *philopais* ou *philocharès*. Le marrube est trop connu pour qu'il soit nécessaire d'en donner une description. Sa graine et ses feuilles, pilées, sont bonnes contre la morsure des serpens, les douleurs des côtés et de la poitrine, et les toux invétérées. Le marrube est excellent pour l'hémoptysie ; dans ce dernier cas, on en fait bouillir les rameaux avec du panis, pour adoucir l'âcreté de son suc. Appliqué avec de la graisse, il guérit les écouelles. Quelques-uns font prendre à jeun, pour la toux, la décoction d'une pincée de marrube vert, et d'une pincée de froment, avec un peu d'huile et de sel. D'autres prétendent que, pour la toux, rien n'est plus efficace que le marrube et le fenouil ; on fait bouillir trois setiers du suc de ces plantes jusqu'à diminution d'un tiers ; alors on y ajoute un setier de miel, et l'on fait bouillir de nouveau, jusqu'à réduction des deux tiers de la quantité première. On doit prendre chaque jour une cuillerée de cette décoction dans un verre d'eau. Le marrube broyé, et appliqué avec du miel, est excellent pour les maladies des parties génitales ; avec du vinaigre, il guérit les dartres. Il convient pour les ruptures, les spasmes et les contractions nerveuses. En potion avec du sel et du vinaigre, il lâche le ventre, pousse les règles et l'arrière-faix. La poudre de marrube sec, incorporée dans du miel, est singulièrement efficace pour la toux sèche, comme aussi pour la gangrène et les excroissances qui surviennent autour des ongles.

Le suc de marrube est bon avec du miel pour les maladies des oreilles et du nez, pour la jaunisse, et pour atténuer la bile. C'est encore un des meilleurs contre-

exscreationes pectoris purgat, cum iride et melle. Urinam ciet : cavenda tamen exulceratæ vesicæ, et renum vitiiis. Dicitur succus et claritatem oculorum adjuvare. Castor marrubii duo genera tradit : nigrum, et quod magis probat, candidum. In ovum inane succum addit is, ipsumque ovum infundit melle æquis portionibus, tepefactum : vomicas rumpere, purgare, persanare promittens : illitis etiam vulneribus a caue factis tuso cum axungia veteri.

De serpyllo, XVIII.

XC. Serpyllum a serpendo putant dictum : quod in silvestri evenit, in petris maxime. Sativum non serpit, sed ad palmæ altitudinem increscit. Pinguis voluntarium, et candidioribus foliis ramisque, adversus serpentes efficax, maxime cenchrin, et scolopendras terrestres ac marinas, et scorpiones, decoctis ex vino ramis foliisque. Fugat et odore omnes, si uratur. Et contra marinorum venena præcipue valet. Capitis doloribus decoctum in aceto illinitur temporibus ac fronti cum rosaceo. Item phreneticis, lethargicis : contra tormina, et urinæ difficultates, anginas, vomitiones, drachmis quatuor datur. Ex aqua bibitur et ad jocinerum desideria. Folia obolis quatuor dantur ad lienem ex aceto.

poisons. La plante même, prise avec de l'iris et du miel, excite l'expectoration, et purge l'estomac et la poitrine. Elle provoque l'urine; mais il faut s'en abstenir, s'il y a ulcération de la vessie, ou si les reins sont attaqués. Le suc de marrube éclaircit, dit-on, la vue. Castor distingue deux espèces de marrube, le noir et le blanc : il préfère le dernier. Il ordonne de remplir une coque d'œuf de suc de marrube, de mêler ce suc avec l'œuf tiré de la coque, et de le faire chauffer légèrement avec égale quantité de miel; ce remède, assure-t-il, fait aboutir, nettoie et guérit parfaitement les abcès internes. Le marrube pilé, et appliqué avec du vieux oing, guérit aussi les morsures des chiens.

Du serpyllum, 18.

XC. Le *serpyllum* a été ainsi nommé, dit-on, parce qu'il rampe à terre : c'est ce qu'on remarque en effet dans l'espèce sauvage, surtout si elle croît dans les terrains pierreux. Le serpolet cultivé n'est pas une plante rampante; il s'élève même à la hauteur d'un palme. Le serpolet sauvage est mieux nourri; il a les feuilles et les rameaux plus blancs; la décoction de ces parties, dans du vin, est salutaire contre la morsure des serpents, en particulier du cenchrus, contre les scolopendres terrestres et marines, et contre la piqûre des scorpions. L'odeur seule de la plante brûlée chasse tous ces animaux venimeux : mais le serpolet est surtout excellent contre le venin des animaux marins. Bouilli dans du vinaigre, il s'applique sur les tempes et le front; avec de l'huile rosat, pour les douleurs de tête, et aussi pour la frénésie et la léthargie. On le donne, à la dose de quatre drachmes, contre les tranchées, la strangurie,

Ad cruentas exscreationes teritur in cyathis duobus aceti et mellis.

De sisymbrio, sive thymbræo, XXIII.

XCI. Sisymbrium silvestre a quibusdam thymbræum appellatum, pedali non amplius altitudine. Quod in riguis nascitur, simile nasturtio est. Utrumque efficax adversus aculeata animalia, ut crabrones et similia. Quod in sicco ortum, odoratum est, et inseritur coronis, angustiore folio. Sedant utraque capitis dolorem: item epiphoras, ut Philinus tradit. Alii panem addunt: alii per se decoquunt in vino. Sanat et epinyctidas, cutisque vitia in facie mulierum intra quartum diem noctibus impositum, diebusque detractum. Vomitiones, singultus, tormina, stomachi dissolutiones cohibet, sive in cibo sumptum, sive succo potum. Non edendum gravidis, nisi mortuo conceptu. Quippe etiam impositum ejicit. Movet urinam cum vino potum: silvestre et calculos. Quos vigilare opus sit, excitat infusum capiti cum aceto.

l'esquinancie et le vomissement. On le prend dans de l'eau pour les maladies du foie. On prescrit ses feuilles, à la dose de quatre oboles dans du vinaigre, pour les obstructions de la rate. Broyé et pris dans deux cyathes de vinaigre et de miel, il est bon pour l'hémoptysie.

Du *sisymbrium* ou *thymbræon*, 23.

XCI. Le *sisymbrium* sauvage, que quelques auteurs appellent *thymbræum*, n'a pas plus d'un pied de haut. Le *sisymbrium* aquatique est semblable au cresson. L'un et l'autre sont efficaces contre les piqûres des frelons, et autres insectes de ce genre. Le *sisymbrium* terrestre a les feuilles plus étroites que l'autre : il est odorant; aussi l'emploie-t-on dans les couronnes. Tous deux apaisent les douleurs de tête, et, suivant Philinus, dissipent les fluxions; quelques-uns y ajoutent du pain, d'autres le font cuire seul dans du vin. Le *sisymbrium*, appliqué de nuit et ôté le matin, fait disparaître en quatre jours les taches de la peau des femmes et les épinyctides. Cette plante, prise avec les alimens, ou seulement son suc en breuvage, arrête les vomissemens, le cours de ventre, le hoquet, et apaise les tranchées. Toutefois les femmes enceintes doivent s'abstenir d'en manger, à moins que le fœtus ne soit mort dans la matrice; en effet, par sa seule application, elle le fait sortir. Prise dans du vin, elle provoque l'urine; l'espèce sauvage expulse même les graviers de la vessie. En cataplasme sur la tête, avec du vinaigre, elle empêche de dormir ceux qui ont besoin de veiller.

De lini semine, xxx.

XCH. Lini semen cum aliis quidem in usu est : et per se mulierum cutis vitia emendat in facie. Oculorum aciem succo adjuvat. Epiphoras cum thure et aqua, aut cum myrrha ac vino sedat : parotidas cum melle, aut adipe, aut cera : stomachi solutiones inspersione polentæ modo : anginas in aqua et oleo decoctum, et cum aneso illitum. Torretur, ut alvum sistat. Cœliacis, et dysentericis imponitur ex aceto. Ad jocineris dolores estur cum uva passa. Ad phthisin utilissime e semine fiunt ecligmata. Musculorum, nervorum, articulorum, cervicum duritias, cerebri membranas mitigat farina seminis, nitro aut sale, aut cinere additis. Eadem cum fico idem concoquit ac maturat. Cum radice vero cucumeris silvestris extrahit quæcumque corpori inhæreant. Sic et fracta ossa. Serpere ulcus in vino decocta prohibet, eruptiones pituitæ cum melle. Emendat ungues scabros cum pari modo nasturtii : testium vitia et ramices cum resina et myrrha : et gangrænas ex aqua. Stomachi dolores cum feno græco sextariis utriusque decoctis in aqua mulsa. Intestinorum et thoracis pernicioosa vitia, clystere in oleo, aut melle.

De la graine de lin, 30.

XCII. La graine de lin s'emploie en médecine avec d'autres médicamens ; seule, elle efface les taches du visage des femmes. Son suc éclaircit la vue. Appliquée avec de l'eau et de l'encens, ou avec de la myrrhe et du vin, elle dissipe les fluxions ; avec du miel, ou de la graisse, ou de la cire, elle résout les parotides ; employée en poudre comme de la farine, elle apaise le flux de ventre ; bouillie dans de l'eau et de l'huile, et appliquée avec de l'aneth, elle guérit les esquinancies ; rôtie, elle arrête le cours de ventre. Elle s'applique avec du vinaigre pour la diarrhée et la dysenterie. On la mange avec des raisins secs pour les douleurs du foie. On en fait des loochs qui sont très-bons pour la phthisie. La farine de cette graine, en y ajoutant du nitre, du sel ou de la cendre, ramollit les duretés des muscles, des nerfs, des articulations, des vertèbres du cou, et diminue la tension excessive des membranes du cerveau ; avec des figues, elle mûrit et fait aboutir les abcès. Appliquée avec la racine du concombre sauvage, elle fait sortir des plaies les corps étrangers, et même les esquilles des os fracturés. Cuite dans du vin, elle arrête les progrès des ulcères rongeurs, et, avec du miel, les éruptions de la pituite. Avec égale quantité de cresson, elle corrige les inégalités des ongles malades ; avec de la résine et de la myrrhe, elle guérit les maux des testicules et les hernies, et, avec de l'eau, les gangrènes. La graine de lin bouillie dans de l'eau miellée, avec quantité égale de fenu-grec, apaise les douleurs d'estomac ; en lavement avec de l'huile et du miel, elle est très-salutaire pour les maladies de la poitrine et des intestins.

De blito, vi.

XCIII. Blitum iners videtur ac sine sapore, aut acrimonia ulla. Unde convicium feminis apud Menandrum faciunt mariti. Stomacho inutile est. Ventrem adeo turbat, ut choleram faciat aliquibus. Dicitur tamen adversus scorpiones potum e vino prodesse, et clavis pedum illini: item lienibus, et temporum dolori, ex oleo. Hippocrates menstrua sisti eo cibo putat.

De meo: de athamantico, vii.

XCIV. 23. Meum in Italia non nisi a medicis seritur, et iis admodum paucis. Duo genera ejus. Nobilius athamanticum vocant, illi tamquam ab Athamante inventum, hi quoniam laudatissimum in Athamante reperitur; foliis aneso simile, et caule aliquando bicubitali, radicibus multis, obliquis, nigris, quibusdam altissimis: minus rufum, quam illud alterum. Ciet urinam in aqua potum, radice trita vel decocta. Inflationes stomachi mire discutit. Item tormina, et vesicæ vitia: vulvarumque articulis cum melle, infantibus cum apio illitum imo ventri urinas movet.

De la blette, 6.

XCIH. La blette est une herbe inerte, sans goût et sans force; aussi Ménandre nous fait voir des maris qui, pour se moquer de leurs femmes, les appellent du nom de cette plante. La blette est contraire à l'estomac; elle le dérange même au point de causer quelquefois un flux de bile. On dit cependant que, prise dans du vin, elle est bonne contre la piquûre des scorpions; et que, appliquée à l'extérieur, elle guérit les cors aux pieds, et, avec de l'huile, les obstructions de la rate et les douleurs des tempes. Hippocrate croit qu'elle arrête l'écoulement périodique des femmes qui en mangent.

Du meum; du meum athamantique, 7.

XCIV. 23. Le *meum* n'est cultivé en Italie que par les médecins; encore ne l'est-il que par un très-petit nombre. Il y en a deux espèces: le meilleur est appelé athamantique, soit pour avoir été découvert par Athamas, soit parce que le plus estimé se trouve sur le mont Athamas. Ses feuilles ressemblent à celles de l'aneth; sa tige a quelquefois deux coudées de haut. Ses racines sont nombreuses, noirâtres, et quelques-unes s'enfoncent très-profondément en terre. Cette espèce est moins rousse que l'autre. Sa racine pilée ou bouillie, prise dans de l'eau, provoque les urines. Le *meum* dissipe avec une facilité étonnante les gonflemens d'estomac. Il est très-bon pour les tranchées et les maladies de la vessie. Appliqué sur la matrice avec du miel, et sur le bas-ventre des enfans avec de l'ache, il fait uriner.

De feniculo, **XXII.**

XCV. Feniculum nobilitavere serpentes gustatu, ut diximus, senectam exuendo, oculorumque aciem succo ejus reficiendo : unde intellectum est, hominum quoque caliginem præcipue eo levare. Colligitur hic caule turgescente, et in sole siccatur, inungiturque ex melle. Ubique hoc est. Laudatissimus in Iberia e lacrymis fit, et e semine recenti. Fit et e radicibus prima germinatione incisus.

De hippomarathro, sive myrsineo, **v.**

XCVI. Est et in hoc genere silvestre, quod alii hippomarathron, alii myrsineum vocant, foliis majoribus, gustu acriore, procerius, brachiali crassitudine, radice candida. Nascitur in calidis, sed saxosis. Diocles et aliud hippomarathri genus tradit, longo et angusto folio, semine coriandri. Medicinæ in sativo, ad scorpionum ictus et serpentium, semine in vino poto. Succus et auribus instillatur, vermiculosque in his necat. Ipsum condimentis prope omnibus inseritur : oxyporis etiam aptissime. Quin et panis crustis subditur. Semen stomachum dissolutum adstringit, vel in febribus sumptum. Nauseam ex aqua tritum sedat. Pulmonibus et jocine-ribus laudatissimum. Ventrem sistit, quum modice sumitur, urinam ciet, et tormina mitigat decoctum, la-

Du fenouil, 22.

XCV. Les serpens ont rendu le fenouil célèbre ; nous avons dit ailleurs qu'ils mangeaient de cette herbe pour quitter leur vieille peau , et qu'ils s'éclaircissaient la vue avec son suc : d'où l'on a jugé que ce même suc pouvait être aussi utile à la vue de l'homme. On le recueille lorsque la tige commence à pousser des bourgeons. On le fait sécher au soleil , et on l'applique avec du miel. Il se prépare partout , mais le meilleur est celui d'Ibérie, qui sort lui-même de la tige et de la graine fraîche. On en tire aussi de la racine , que l'on incise vers le temps de la germination.

De l'hippomarathron ou myrsineum, 5.

XCVI. Le fenouil sauvage , appelé par quelques-uns *hippomarathron*, et par d'autres *myrsineum*, a les feuilles plus grandes et le goût plus âcre ; il est aussi plus haut , de la grosseur du bras, et il a la racine blanche. Il croît dans les endroits chauds et pierreux. Dioclès parle d'une autre espèce d'hippomarathron qui a la feuille longue et étroite, et la graine semblable à celle de la coriandre. Quant aux remèdes que fournit le fenouil des jardins , nous dirons d'abord que sa graine prise dans du vin est bonne contre les piqûres des scorpions et les morsures des serpens. Son suc, injecté dans les oreilles , fait périr les vers qui s'y engendrent. On met du fenouil dans presque tous les ragoûts , et principalement dans les sauces au vinaigre. On en met sous les pains qu'on fait cuire. La graine resserre l'estomac relâché , même étant prise dans la fièvre. Pilée et bue dans de l'eau, elle dissipe les nausées. Elle est très-estimée pour le

ctisque defectu potum manimas replet. Radix cum ptisana sumpta renes purgat, sive decocto succo, sive semine sumpto. Prodest et hydropicis radix ex vino cocta. Item convulsis. Illinuntur folia tumoribus ardentibus ex aceto. Calculos vesicæ pellunt. Genituræ abundantiam quoquo modo haustum facit. Verendis amicissimum, sive ad fovendum radice cum vino cocta, sive contrita in oleo illitum. Multi tumoribus et sugillatis cum cera illinunt. Et radice in succo vel cum melle contra canis morsum utuntur, et contra multipedam ex vino.

Hippomarathron ad omnia vehementius. Calculos præcipue pellit. Prodest vesicæ cum vino leni, et feminarum menstruis hærentibus. Efficacius in eo semen, quam radix. Modus in utroque, quod duobus digitis tritum additur in potionem. Petrichus, qui Ophiaca scripsit, et Micton, qui Rhizotomumena, adversus serpentes nihil hippomarathro efficacius putavere. Sane et Nicander non in novissimis posuit.

poumon et pour le foie. Prise en petite quantité, elle arrête le cours de ventre et provoque l'urine. Sa décoction apaise les tranchées, et fait revenir abondamment le lait aux nourrices qui l'ont perdu. La racine, prise avec de l'orge mondé, débarrasse les reins; on emploie aussi la décoction de la plante, ou bien de la graine. La racine, cuite dans du vin, est bonne pour l'hydropisie et pour les convulsions. Les feuilles s'appliquent avec du vinaigre sur les tumeurs enflammées. Elles font sortir le gravier de la vessie. De quelque manière qu'on prenne le fenouil, il augmente la liqueur séminale; aussi est-il fort bon pour les parties de la génération, soit qu'on les fomenté avec la décoction de la racine bouillie dans du vin, soit qu'on y applique cette racine pilée avec de l'huile. Plusieurs appliquent le fenouil avec de la cire sur les tumeurs et les meurtrissures. On emploie la racine avec le suc de la plante, ou avec du miel, contre la morsure des chiens; et, avec du vin, contre celle du mille-pieds.

L'hippomarathron a plus de force, dans tous les cas, que le fenouil des jardins, et principalement pour faire sortir le gravier de la vessie. Pris avec du vin faible, il est utile pour ce viscère, et pour remédier à la suppression du flux menstruel. La graine a plus de vertu que la racine. On prend une pincée de la poudre de l'une ou de l'autre dans la boisson habituelle. Petrichus, qui a écrit sur les serpens, et Micton, qui a écrit sur les plantes, déclarent que rien n'est plus efficace que l'hippomarathron contre la morsure des serpens. Nicandre le regarde aussi comme un remède excellent dans le même cas.

De cannabi, ix.

XCVII. Cannabis in silvis primum nata est, nigrior foliis, et asperior. Semen ejus extinguere genituram virorum dicitur. Succus ex eo vermiculos aurium, et quodcumque animal intraverit, eijcit, sed cum dolore capitis. Tantaque vis ei est, ut, aquæ infusa, coagulare eam dicatur. Et ideo jumentorum alvo succurrit pota in aqua. Radix contractos articulos emollit in aqua cocta: item podagras, et similes impetus. Ambustis cruda illinitur, sed sæpius mutatur priusquam arescat.

De ferula, viii.

XCVIII. Ferula semen anetho simile habet. Quæ ab uno caule dividitur in cacumine, femina putatur. Caules eduntur decocti, commendanturque musto ac melle, stomacho utiles. Sin plures sumpti, capitis dolorem faciunt. Radix denarii pondere in vini cyathis duobus, bibitur adversus serpentes. Et ipsa radix imponitur. Sic et torminibus medetur. Ex oleo autem et aceto, contra sudores immodicos, vel in febribus proficit. Succus ferulæ alvum solvit fabæ magnitudine devoratus. E viridi medulla vulvis utilis, et ad omnia ea vitia. Ad sangui-

Du chanvre, 9.

XCVII. Le chanvre est originaire des forêts, où il a les feuilles plus noires et plus rudes. On prétend que sa graine détruit toute vertu génératrice dans l'homme. Son suc fait sortir des oreilles les vers ou les insectes qui s'y seraient introduits, mais non sans causer des maux de tête. Le chanvre a, dit-on, tant de vertu pour coaguler l'eau, qu'il suffit de l'y laisser infuser pour produire cet effet; aussi en fait-on prendre dans de l'eau aux bêtes de somme qui ont le flux de ventre. La décoction de la racine de chanvre ramollit les articulations retirées; elle est bonne encore contre la goutte et les autres maladies de ce genre. On l'applique crue sur les brûlures; mais il faut la changer souvent, pour qu'elle ne sèche pas.

De la fêrule, 8.

De rosa : genera ejus XII.

X. 4. Paucissima nostri genera coronamentorum inter hortensia novere, ac pæne violas rosasque tantum. Rosa nascitur spina verius, quam frutice, in rubo quoque proveniens, illic etiam jucundi odoris, quamvis angusti. Germinat omnis primo inclusa granoso cortice. Quo mox intumescente, et in virides alabastros fastigato, paulatim rubescens dehiscit, ac sese pandit, in calycis medio sui stantis complexa luteos apices. Usus ejus in coronis prope minimus est. Oleo maceratur, idque jam a trojanis temporibus, Homero teste. Præterea in unguenta transit, ut diximus. Per se medicas artes præbet. Emplastris atque collyriis inseritur mordaci subtilitate. Mensarum etiam deliciis perungendis minime noxia.

Genera ejus nostri fecere celeberrima, Prænestinam et Campanam. Addidere alii Milesiam, cui sit ardentissimus colos, non excedenti duodena folia. Proximam ei Trachiniam minus rubentem. Mox Alabandicam villorem, albicantibus foliis. Vilissimam vero plurimis,

fleurs. Pour moi, sans m'arrêter à décrire la manière de tresser des couronnes, ce qui serait trop frivole, je dirai sur les fleurs ce qui me paraîtra digne de remarque.

Roses : douze espèces de roses.

X. 4. Les Romains n'ont eu dans leurs jardins qu'un petit nombre de fleurs, et presque uniquement des violettes et des roses. La plante qui produit la rose appartient à la classe des épines plutôt qu'à celle des arbrisseaux; des roses croissent même sur une espèce de ronce : elles sont petites à la vérité, mais leur odeur est encore agréable. Toutes les roses, au moment de la floraison, sont enfermées dans un bouton, qui bientôt s'enfle et s'élève en pointe pour former le calice de la fleur; celle-ci s'ouvre peu à peu et se colore, puis enfin s'épanouit, se dresse, et laisse voir au centre des pétales de petits grains jaunes. On emploie rarement la rose pour les couronnes. On la fait infuser dans l'huile; et cet usage était connu même du temps de la guerre de Troie, suivant le témoignage d'Homère. Elle s'emploie aussi dans les parfums, comme nous l'avons dit. Elle est utile en médecine. On la met dans les emplâtres et les collyres, à cause de sa vertu pénétrante et subtile. Elle rend plus délicieux les plaisirs de la table, où jamais on ne l'a trouvée malfaisante.

Les roses les plus estimées des Romains sont celles de Préneste et celles de Campanie; quelques-uns ajoutent celles de Milet, qui sont d'un rouge très-vif, et n'ont pas plus de douze feuilles. Après les roses de Milet, on estime celles d'Héraclée-Trachine; ensuite celles d'Alabande, qui ont les feuilles blanchâtres. Au dernier

sed minutissimis, spineolam. Differunt enim multitudine foliorum, asperitate, lævore, colore, odore. Paucissima quina folia, ac deinde numerosiora: quum sit genus ejus, quam centifoliam vocant: quæ est in Campania Italiæ, Græciæ vero circa Philippos: sed ibi non suæ terræ proventu. Pangæus mons in vicino fert, numerosis foliis ac parvis: unde accolæ transferentes conserunt, ipsaque plantatione proficiunt. Non autem talis odoratissima est, nec cui latissimum maximumque folium. Breviterque indicium est odoris, scabritia corticis. Cæpio Tiberii Cæsaris principatu, negavit centifoliam in coronas addi, præterquam extremos velut ad cardines. Nec odore, nec specie probabilis est, quæ Græca appellatur a nostris, a Græcis lychnis, non nisi in humidis locis proveniens, nec unquam excedens quinque folia, violæque magnitudine, odore nullo. Est et alia Græcula appellata, convolutis foliorum paniculis, nec dehiscens nisi manu coacta, semperque nascenti similis, latissimis foliis.

Alia funditur e caule malvaceo, folia oleæ habente, mosceuton vocant. Atque inter has media magnitudine autumnalis, quam coroneolam vocant. Omnes sine odore,

rang est la rose appelée *spinéole* ; ses feuilles sont plus nombreuses que dans les autres roses , mais aussi beaucoup plus petites. Les roses , en effet , diffèrent par le nombre de leurs feuilles , par la couleur , par l'odeur , et en ce que les unes sont plus âpres ou plus lisses que les autres. Toutes ont au moins cinq feuilles ou pétales ; ce nombre ensuite va toujours en augmentant , car dans la Campanie , en Italie , et autour de Philippes en Grèce , on trouve des roses à cent feuilles ; mais elles ne croissent pas naturellement autour de Philippes : on y apporte des rosiers du mont Pangée , qui est voisin , et qui produit des roses à feuilles fort nombreuses , mais très-petites ; ces rosiers , replantés , donnent des fleurs plus belles : toutefois , cette espèce n'est pas la plus odorante , non plus que celle qui a les plus grands et les plus larges pétales. Pour tout dire en un mot , plus l'écorce du rosier est hérissée , plus l'odeur de la rose est suave. Suivant Cépion , qui vivait sous l'empire de Tibère , la rose à cent feuilles ne s'employait que pour la bordure des couronnes. Celle que nous appelons rose grecque , et que les Grecs nomment *lychnis* , n'est recommandable ni par son odeur , ni par sa beauté ; elle ne croît que dans les lieux humides , n'est pas plus grosse qu'une violette , et n'a jamais plus de cinq feuilles : elle est inodore. On en connaît une autre espèce appelée *græcula* ; ses feuilles , quoique très-grandes , demeurent toujours roulées sur elles-mêmes comme dans le bouton , et ne s'épanouissent que lorsqu'on les serre avec la main.

Une autre espèce croît sur une tige semblable à celle de la mauve , et dont les feuilles sont semblables à celles de l'olivier ; on l'appelle *mosceuton*. La rose d'automne , qu'on nomme *coroneola* , est d'une grandeur moyenne

præter coroneolam et in rubo natam : tot modis adulterantur. Et alias vera quoque plurimum solo prævalet. Cyrenis odoratissima est : ideoque ibi unguentum pulcherrimum. Carthagine Hispaniæ, hieme tota præcox. Refert et cæli temperies. Quibusdam enim annis minus odorata provenit. Præterea omnis siccis quam humidis odorator. Seri nec pinguibus vult, nec argillosis locis, nec riguis, contenta raris, proprieque ruderatum agrum amat.

Præcox Campana est, sera Milesia. Novissime tamen desinit Prænestina. Fodiuntur altius quam fruges, levius quam vites. Tardissime proveniunt semine, quod in ipso cortice est, sub ipso flore, opertum lanugine : ob id potius caule conciso inseruntur : et ocellis radicis, ut arundo, unum genus inseritur pallidæ, spinosæ, longissimis virgis, quinquefoliæ, quæ e Græcis altera est. Omnis autem recisione atque ustione proficit : translatione quoque, ut vitis, optime ocissimeque provenit, surculis quaternum digitorum longitudine, aut ampliore, post Vergiliarum occasum sata : dein per Favonium translata, pedalibus intervallis crebroque circumfossa.

entre les deux précédentes. Toutes ces roses, excepté la dernière et celle qui croît sur la ronce, sont inodores ; mais que de moyens de leur procurer une odeur factice ! La qualité du terroir influe sur leur odeur. Celles de Cyrène sont les plus suaves, aussi le parfum qu'on en tire est-il le plus délicieux. A Carthagène, en Espagne, on trouve des roses précoces pendant tout l'hiver. La température est aussi d'une grande importance, car il y a des années où elles ont moins d'odeur ; elles sont plus odorantes dans les lieux secs que dans les lieux humides. Le rosier n'aime pas les terrains gras, argilleux ou détremés ; il se contente d'une terre légère, et se plaît surtout dans un sol riche en décombres.

Les roses sont hâtives dans la Campanie, et tardives à Milet, mais celles de Préneste finissent les dernières. On plante les rosiers à une profondeur plus grande que les blés, et moindre que la vigne. La graine est dans le bouton, sous la fleur, et enveloppée dans une espèce de duvet : mais ceux que l'on sème sont extrêmement tardifs ; aussi aime-t-on mieux planter des provins. On plante aussi, comme on le fait pour les roseaux, les yeux des racines du rosier à branches très-longues ; ils donnent une rose pâle, épineuse et à cinq feuilles : c'est la seconde espèce de rose grecque. Il est utile, au reste, de tailler tous les rosiers, ou d'y appliquer le feu. Transplantés, ils n'en viennent que mieux et plus vite, comme la vigne : les scions doivent avoir au moins quatre doigts de longueur. On les plante après le coucher des Pléiades ; et lorsque le vent d'occident souffle, on les replante à un pied de distance l'un de l'autre, en prenant soin de remuer souvent la terre à l'entour.

Qui præcocem faciunt, pedali circa radicem scrobe aquam calidam infundunt, germinare incipiente calyce.

Lilii genera iv.

XI. 5. Liliū rosæ nobilitate proximum est, et quadam cognatione unguenti oleique, quod lirinon appellatur. Et impositum etiam maxime rosas decet, medio proventu earum incipiens. Nec ulli florum excelsitas major, interdum cubitorum trium, languido semper collo, et non sufficiente capitis oneri. Candor ejus eximius, foris striati, et ab angustiis in latitudinem paulatim sese laxantis effigie calathi, resupinis per ambitum labris, tenuique filo, et semine, stantibus in medio crocis. Ita odor, colorque duplex, et alius calycis, alius staminis, differentia angusta. In unguenti vero oleique usu, et folia non spernuntur.

Est flos non dissimilis illi in herba, quam convolvulum vocant, nascens per frutecta, nullo odore, nec crocis intus : candorem tantum referens, ac veluti naturæ rudimentum lilia facere condiscantis. Alba lilia iisdem omnibus modis seruntur, quibus rosa : et hoc amplius lacryma sua, ut hipposelinum : nihilque est

Ceux qui veulent avoir des roses hâtives font une fosse d'un pied de profondeur auprès de chaque plant , et la remplissent d'eau chaude , lorsque les boutons commencent à pousser.

Quatre espèces de lis.

XI. 5. Le lis approche de la rose par sa beauté , et lui ressemble par le parfum et par l'huile , que l'on appelle *lirinon* (huile de lis). Mêlé parmi les roses , le lis produit l'effet le plus gracieux ; il est en fleur lorsque les roses sont à la moitié de leur saison. Il n'y a point de fleur plus haute , car il s'élève quelquefois jusqu'à trois coudées , mais sa tige est toujours languissamment penchée , et ne peut soutenir le poids de la tête. La fleur est d'une blancheur admirable ; ses pétales sont striés à l'extérieur. Étroite par le bas , elle va peu à peu en s'élargissant comme une coupe jusqu'à ses bords , qui se recourbent extérieurement. Au centre de la fleur sont des filamens jaunes , droits , surmontés d'une espèce de graine. Ainsi le lis a deux odeurs , comme il a deux couleurs , car l'odeur des pétales n'est pas la même que celle des étamines ; la différence , toutefois , n'est pas fort grande. Dans la composition du parfum et de l'huile de lis , on ne rejette point les feuilles.

L'herbe appelée *convolvulus* (liseron) croît dans les buissons ; sa fleur n'a point d'odeur ni de filamens jaunes , mais elle ressemble tellement au lis par sa forme et sa blancheur , qu'on la prendrait pour un essai de la nature , qui s'exerce à faire des lis. Les lis blancs se sèment comme les roses , et , de plus , ils naissent d'une gomme qui leur est particulière , comme l'*hipposelinum*. Nulle plante n'est plus féconde , car souvent une seule

fecundius, una radice quinquagenos sæpe emittente bulbos. Est et rubens liliū, quod Græci crinon vocant. Alii florem ejus cynorrhodon. Laudatissimum in Antiochia, et Laodicea Syriæ, mox in Phaselide. Quartum locum obtinet in Italia nascens.

Narcissi genera III.

XII. Sunt et purpurea lilia, aliquando gemino caule, carnosiore tantum radice, majorisque bulbi, sed unius: narcissum vocant. Hujus alterum genus flore candido, calyce purpureo. Differentia a liliis est et hæc, quod narcissis folia in radice sunt, probatissimis in Lyciæ montibus. Tertio generi cetera eadem, calyx herbaceus. Omnes serotini. Post Arcturum enim florent, ac per æquinoctium autumnum.

Quantum semen tinguatur, ut infecta nascantur.

XIII. Inventa est et in his ratio inserendi, monstrosificis hominum ingeniis. Colliguntur namque mense julio scapi arescentes, liliaque suspenduntur in fumo. Dein nudantibus se nodulis, in fæce nigri vini, vel græci, mense martio macerantur, ut colorem percipiant, atque ita in scrobiculis seruntur, heminis fæcis circumfusus.

racine produit jusqu'à cinquante bulbes. Il y a aussi le lis rouge, que les Grecs appellent *crinon*; d'autres nomment sa fleur *cynorrhodon*. Les plus beaux sont ceux d'Antioche, de Laodicée en Syrie, et ensuite ceux de la Phasélide; ceux d'Italie sont au quatrième rang.

Trois espèces de narcisses.

XII. Les lis purpurins ont quelquefois deux tiges; ils diffèrent des autres lis par leur racine plus charnue. Ils n'ont qu'un oignon, mais il est plus gros: on les appelle narcisses. Il y en a une espèce dont les pétales sont blancs et le calice pourpre. Une autre différence entre les narcisses et les lis, c'est que les feuilles des premiers ne partent que de la racine. Les plus beaux narcisses croissent sur les montagnes de Lycie. Une troisième espèce ne se distingue des précédentes que par son calice de couleur verte. Tous ces narcisses sont tardifs, car ils ne fleurissent qu'après le coucher de l'Arcture, et vers l'équinoxe d'automne.

Quelles graines il faut teindre pour produire des fleurs colorées.

XIII. Quelques hommes, amateurs de productions monstrueuses, ont su trouver un nouveau moyen de se procurer des lis purpurins par la voie de la plantation. On ramasse au mois de juillet des tiges sèches de lis blancs, et on les suspend à la fumée. Au mois de mars suivant, lorsqu'elles commencent à pousser des nœuds, on les met tremper dans de la lie de gros vin, ou de vin grec, pour leur faire prendre couleur.

Sic fiunt purpurea lilia : mirumque, tingui aliquid, ut nascatur infectum.

Quemadmodum quæque nascantur, serantur, colantur, sub singulis generibus. *Violæ colores* III. *Luteæ genera* v.

XIV. 6. *Violis honos proximus. Earumque plura genera. Purpureæ, luteæ, albæ : plantis omnes, ut olus, satæ. Ex iis vero, quæ sponte apricis et macris locis proveniunt, purpureæ, latiore folio, statim ab radice carnosio, exeunt : solæque græco nomine a ceteris discernuntur, appellatæ ia, et ab his ianthina vestis. E sativis maxima auctoritas luteis. Genera iis Tusculana, et quæ marina appellatur, folio aliquanto latiore, sed minus odorato. In totum vero sine odore, minutoque folio calathiana, munus autumnii, ceteræ veris.*

De caltha : regius flos.

XV. Proxima ei caltha est concolori amplitudine. Vincit numero foliorum marinam, quinque non excedentem. Eadem odore superatur : est enim gravis calthæ.

On les plante ensuite dans de petites fosses, où l'on verse aussi quelques hémines de lie; on obtient par ce moyen des lis purpurins : chose étonnante, qu'en teignant une tige, on en fasse naître des fleurs colorées.

Comment naissent, se sèment et se cultivent les diverses espèces de violettes : il y en a de trois couleurs différentes ; cinq espèces de violette jaune.

XIV. 6. Après les roses et les lis, on estime particulièrement les violettes. Il y en a de plusieurs espèces, les purpurines, les jaunes et les blanches, qui toutes se replantent comme les herbes potagères. Les violettes purpurines, qui croissent d'elles-mêmes dans les terrains maigres et exposés au soleil, ont les pétales larges, et sortent immédiatement de la racine, qui est charnue. Ce sont les seules que les Grecs appellent *īa*, pour les distinguer des autres ; elles ont donné leur nom à la couleur *ianthine* des étoffes. Parmi les violettes cultivées, les plus estimées sont jaunes. On distingue celles de Tusculum et celles qu'on appelle violettes marines ; ces dernières ont les pétales plus larges, mais moins odorans. Les violettes appelées *calathianes* ont les pétales fort petits et tout-à-fait inodores. C'est un présent de l'automne ; nous devons les autres espèces au printemps.

Caltha ; la fleur royale.

XV. Le *caltha* ressemble à la violette calathiane ; sa fleur est grande et d'une seule couleur. Il a un plus grand nombre de pétales que la violette marine, qui n'en a jamais plus de cinq ; mais il a une odeur forte

Non levior ei, quam scopam regiam appellant : quamquam folia ejus olent, non flores.

De bacchare. De combreto. De asaro.

XVI. Bacchar quoque radicis tantum odoratæ est, a quibusdam nardum rusticum appellatum. Unguenta ex ea radice fieri solita apud antiquos, Aristophanes priscæ comœdiæ poeta testis est. Unde quidam errore falso barbaricam eam appellabant. Odor est ei cinnamomo proximus. Gracili solo nec humido provenit. Simillimum ei, combretum appellatur, foliorum exilitate usque in fila attenuata, et procerius quam bacchar : hæc sunt tantum. Sed eorum quoque error corrigendus est, qui bacchar rusticum nardum appellavere. Est enim alia herba sic cognominata, quam Græci asaron vocant, cujus speciem figuramque diximus in nardi generibus. Quin immo asaron invenio vocitari, quoniam in coronas non addatur.

De croco : ubi optime floret : qui flores trojanis temporibus.

XVII. Crocum silvestre optimum : serere in Italia minime expedit, ad scripula usque singula areis decoquentibus. Seritur radicis bulbo. Sativum latius, majusque, et nitidius, sed multo lenius, degenerans ubique, nec fecundum etiam Cyrenis, ubi semper flores

et moins agréable. Celle de la fleur appelée *scopa regia* n'est pas moins forte ; toutefois , l'odeur est dans les feuilles , et non dans la fleur.

Du bacchar. Du combretum. De l'asaron.

XVI. Le *bacchar*, que quelques auteurs appellent nard des champs, n'a d'odorant que la racine. Aristophane, poète de l'ancienne comédie, nous atteste qu'autrefois cette racine entrait dans les parfums. Quelques-uns ont pris mal à propos le *bacchar* pour une plante étrangère. Son odeur approche de celle du *cinnamomum*. Il aime les terrains secs et maigres. Une autre espèce, appelée *combretum*, ressemble beaucoup au *bacchar*, mais elle est plus haute, et ses feuilles se terminent en pointe aussi menue qu'un fil. Il n'y a point d'autre espèce de *bacchar*, et nous devons relever la méprise de ceux qui ont fait de cette plante le nard des champs. Ce dernier nom appartient proprement à l'herbe appelée par les Grecs *asaron*, et dont nous avons donné la description détaillée en parlant des diverses espèces de nard : je trouve même que l'*asaron* a été ainsi nommé, parce qu'il n'entre point dans les couronnes.

Du safran : en quels lieux il fleurit le mieux ; quelles fleurs étaient connues du temps de la guerre de Troie.

XVII. Le safran sauvage est le meilleur. Sa culture ne serait pas avantageuse en Italie, où un carreau de terrain en produirait à peine le poids d'un scrupule. On le multiplie par les caëux. Le safran cultivé est plus grand, plus large et plus luisant que l'autre, mais aussi il a moins de force. Cette plante dégénère

laudatissimi. Prima nobilitas Cilicio, et ibi in Coryco monte : dein Lyciæ monte Olympo : mox Centuripino Siciliae. Aliqui Phlegræo secundum locum dedere. Adulteratur nihil æque. Probatio sinceri, si imposita manu crepat, veluti fragile. Humidum enim, quod evenit adulteratione, cedit. Altera probatio : si manu prolata ad ora leniter faciem oculosque mordeat. Est per se genus sativi blandissimum vulgo, quum sit mediocre, dialeucon vocant. Contra Cyrenaico vitium, quod omni croco nigrius est, et celerrime marcescit. Optimum ubicumque quod pinguisimum, et brevis capilli : pessimum vero, quod situm redolet. Mucianus auctor est, in Lycia anno septimo aut octavo transferri in locum subactum, atque ita degenerans renovari. Usus ejus in coronis nusquam. Herba enim est folio angusto pæne in capillamenti modum. Sed vino mire congruit, præcipue dulci : tritum ad theatra replenda.

Floret Vergiliarum occasu paucis diebus, folioque florem expellit. Viret bruma, et colligitur; siccatur umbra, melius etiam hiberna. Carnosa et illi radix, vivaciorque

aisément dans tous les pays. Elle ne croît abondamment nulle part, pas même à Cyrène, où les autres fleurs sont toujours plus belles. Le safran le plus estimé est celui du mont Coryce, en Cilicie; ensuite celui du mont Olympe, en Lycie; puis celui de Centuripinum, en Sicile. Quelques-uns assignent le second rang à celui de Phlégra. Au reste, il n'est aucune drogue aussi sujette à être falsifiée. On connaît qu'il est pur, lorsqu'en mettant la main dessus, il craque comme s'il allait se casser, car celui qu'on a falsifié est humide et cède à la pression de la main. Une autre épreuve, c'est de porter la main à la figure après avoir manié le safran: il devra picoter le visage et les yeux. Le safran est très-suave de sa nature: comme sa couleur n'a qu'une intensité médiocre, on l'appelle *dialeucon*. Celui de Cyrène a un défaut tout opposé: sa couleur approche du noir plus que celle d'aucune autre espèce, et il se gâte très-promptement. Le meilleur safran, quelque part qu'il croisse, est celui qui est le plus gras, et dont les feuilles sont les plus courtes; le moins bon est celui qui sent la moisissure. Mucien dit qu'en Lycie, lorsque cette plante a sept ou huit ans et s'abâtardit, on la renouvelle en la replantant dans un terrain bien cultivé. On n'emploie jamais le safran dans les couronnes, car ses feuilles sont presque aussi menues que des cheveux, mais il est excellent dans le vin, surtout dans le vin doux; en poudre, il parfume les théâtres.

Il fleurit au coucher des Pléiades; la floraison ne dure que peu de jours: la feuille chasse la fleur. Il est verdoyant au commencement de l'hiver; c'est alors qu'on le cueille. On le fait sécher à l'ombre; il est même bon de

quam ceteris. Gaudet calcari et atteri pede, quo melius provenit. Ideo juxta semitas ac fontes lætissimum. Trojanis temporibus jam erat honos ei. Hos certe flores Homerus tres laudat, loton, crocon, hyacinthum.

De natura odorum.

XVIII. 7. Omnium autem odoramentorum, atque adeo herbarum differentia est in colore, et odore, et succo. Odorato sapor raro ulli non amarus: e contrario dulcia raro odorata. Itaque et vina mustis odoratiora, et silvestria magis omnia sativis. Quorumdam odor suavior e longinquo, propius admotus hebetatur, ut violæ. Rosa recens a longinquo olet, sicca propius. Omnis autem verno tempore acrior, et matutinis: quidquid ad meridianas horas diei vergit, hebetatur. Novella quoque vetustis minus odorata. Acerrimus tamen odor omnium æstate media. Rosa et crocum odoratiora, quum serenis diebus leguntur: et omnia in calidis, quam in frigidis. In Ægypto tamen minime odorati flores, quia nebulosus et roscidus aer est a Nilo flumine. Quorumdam suavitati gravitas inest. Quædam, dum virent, non olent, propter humorem nimium: ut buceros, quod est fenum græcum. Acutus odor non omnium sine succo est, ut

l'exposer en même temps au froid. Sa racine est charnue et plus vivace que celle d'aucune autre plante. Le safran aime à être battu et foulé aux pieds : cette pratique, qui semblerait devoir le détruire, l'améliore ; aussi réussit-il parfaitement sur les bords des chemins et à la proximité des fontaines. Le safran était déjà en honneur du temps de la guerre de Troie ; du moins Homère fait-il mention de trois espèces de plantes, le lotos, le safran et l'hyacinthe.

De la nature des odeurs.

XVIII. 7. Toutes les productions odorantes, et par conséquent les herbes, diffèrent entre elles par la couleur, l'odeur et le suc. Tout ce qui est odorant a presque toujours un goût amer ; au contraire, tout ce qui a une saveur douce a rarement de l'odeur : ainsi le vin fait est plus odorant que le vin doux, et les plantes sauvages ont plus d'odeur que les plantes cultivées. Certaines fleurs de loin sentent très-bon, et de près ne sentent presque rien : telles sont les violettes. Les roses fraîches ont plus d'odeur de loin, et les sèches de près. Toute fleur est plus odorante au printemps et le matin, car vers midi la chaleur affaiblit leur parfum. Les fleurs des jeunes plants sont moins odorantes que celles des vieux ; mais c'est en général au milieu de l'été que le parfum des fleurs est plus exalté. La rose et le safran en ont davantage lorsqu'on les cueille dans un jour serein. Les fleurs des pays chauds sont aussi plus odorantes que celles des pays froids ; néanmoins, les fleurs en Égypte n'ont presque point d'odeur, parce que le Nil, dans ce pays, rend l'air humide et nébuleux. Des fleurs ont une odeur agréable, mais forte

violæ, rosæ, croco. Quæ vero ex acutis succo carent, eorum omnium odor gravis, ut in lilio utriusque generis. Abrotonum et amaracus acres habent odores. Quorundam flos tantum jucundus, reliquæ partes ignavæ, ut violæ, ac rosæ. Hortensiorum odoratissima quæ sicca, ut ruta, menta, apium, et quæ in siccis nascantur. Quædam vetustate odoratiora, ut cotonea: eademque decerpta, quam in suis radicibus. Quædam non nisi defracta, aut ex attritu olent: alia non nisi detracto cortice: quædam vero non nisi usta: sicut thura myrrhæque.

Flores triti omnes amariores, quam intacti. Aliqua arida diutius odorem continent, ut melilotos. Quædam locum ipsum odoratiorem faciunt, ut iris: quin et arborem totam, cujuscumque radices attingit. Hesperis noctu magis olet, inde nomine invento. Animalium nullum odoratum, nisi si de pantheris, quod dictum est, credimus.

en même temps ; d'autres ne sentent rien tant qu'elles sont vertes , à cause de la surabondance des suc dont elles sont remplies ; tel est le *buceros* , ou fenugrec ; d'autres encore , sans manquer de suc , ont une odeur pénétrante , comme la violette , la rose , le safran ; mais dans toutes les plantes à odeur pénétrante qui manquent de suc , cette odeur est en même temps forte , comme on en peut juger par les deux genres de lis. *L'abrotinum* et *l'amaracus* ont une odeur âcre. Certaines plantes n'ont d'odorant que la fleur , les autres parties ne sentent rien ; telles sont les violettes et les roses. Parmi les herbes des jardins , celles qui sont sèches , comme la rue , la menthe , l'ache , et celles qui croissent dans les lieux secs , ont le plus d'odeur. Il y a des fruits qui , étant gardés , deviennent plus odorans , par exemple les coings , et qui , étant cueillis , acquièrent plus de parfum que s'ils restaient sur l'arbre. D'autres ne rendent aucune odeur sans être froissés ou concassés ; d'autres , s'ils ne sont dépouillés de leur écorce. Certaines productions ne développent leur odeur que par l'action du feu ; tels sont l'encens et la myrrhe.

Toutes les fleurs sont plus amères étant broyées qu'auparavant. Quelques herbes conservent plus long-temps leur odeur quand elles sont sèches , comme le mélilot. Il en est qui parfument le lieu où elles croissent , par exemple , l'iris , qui même aromatise l'arbre entier dont elle touche les racines. *L'hesperis* a plus d'odeur la nuit que le jour , ce qui lui a valu son nom. Quant aux animaux , nul d'entre eux n'a d'odeur , à moins qu'on n'ajoute foi à ce qu'on dit de la panthère.

Iris.

XIX. Illa quoque non omittenda differentia est, odoramentorum multa nihil pertinere ad coronamenta, ut irin, atque saliuncam, quamquam nobilissimi odoris utramque. Sed iris radice tantum commendatur, unguentis et medicinæ nascens. Laudatissima in Illyrico, et ibi quoque non in maritimis, sed in silvestribus Driilonis, et Naronæ. Proxima in Macedonia, longissima hæc et candicans, et exilis. Tertium locum habet Africana, amplissima inter omnes, gustuque amarissima. Illyrica quoque duorum generum est: raphanitis a similitudine: et quæ melior, rhizotomos subrufa. Optima, quæ sternutamenta tactu movet. Caulem habet cubitalem, erectum. Floret diversi coloris specie, sicut arcus cælestis, unde et nomen. Non improbatur et Pisidica. Et fossuri tribus ante mensibus mulsa aqua circumfusa, hoc veluti placamento terræ blandiuntur, circumscripta mucrone gladii orbe triplici: et quum legerint eam, protinus in cælum adtollunt. Natura est fervens, tractaque pustulas ambusti modo facit.

Præcipitur ante omnia, ut casti legant. Teredines non sicca modo, verum et in terra celerrime sentit. Optimum antea irinum Leucade et Elide ferebatur:

Iris.

XIX. Nous ne devons pas oublier qu'il y a plusieurs plantes odorantes qui n'entrent jamais dans les couronnes, comme l'iris et le *saliunca*, quoique toutes deux aient une odeur fort agréable; mais l'iris n'est recommandable que par sa racine, employée uniquement en médecine et pour les parfums. La plus estimée croît en Illyrie, non pas sur les côtes maritimes, mais dans les forêts, sur les bords du Drilon et de la Narone. Vient ensuite l'iris de Macédoine; elle est très-mince et blanchâtre. Celle d'Afrique a le troisième rang; c'est la plus grosse de toutes, et la plus amère. L'iris d'Illyrie se divise en deux espèces: l'une est nommée *raphanitis*, à cause de sa ressemblance avec le raifort; l'autre, appelée *rhizotomos*, est roussâtre et d'une qualité supérieure. Mais la meilleure de toutes est celle qu'on ne peut manier sans éternuer. La tige de l'iris est droite et haute d'une coudée; sa fleur est de diverses couleurs, comme l'arc-en-ciel, qui lui a donné son nom. L'iris de Pisidie est assez estimée. Trois mois auparavant, ceux qui doivent cueillir l'iris tracent sur la terre, avec la pointe d'une épée, trois cercles autour de la plante; ils y répandent de l'eau miellée, comme pour apaiser la terre par cette espèce de sacrifice: aussitôt après avoir cueilli la plante, ils l'élèvent vers le ciel. La racine d'iris est si caustique, que son contact seul fait élever des ampoules, comme la brûlure.

On recommande avant tout que ceux qui la recueillent aient auparavant gardé la continence pendant quelque temps. Elle est fort sujette aux vers, non-seu-

jampridem enim et seritur: nunc e Pamphylia: sed Cilicium maxime laudatur, atque e septemtrionalibus.

De saliuuca.

XX. Saliunca folio quidem subbreui, et quod necti non possit, radici numerosæ cohæret, herba verius quam flos, densa veluti manu pressa, breviterque cespes sui generis. Pannonia hanc gignit et Norici, Alpiumque aprica: urbium, Eporedia: tantæ suavitatis, ut metallum esse cœperit. Vestibus interponi eam gratissimum.

Polium, sive teuthrion.

XXI. Sic et apud Græcos polion herbam, inclytam Musæi et Hesiodi laudibus, ad omnia utilem prædicantium, superque cetera ad famam etiam ac dignitates, prorsusque miram, si modo (ut tradunt) folia ejus mane candida, meridie purpurea, sole occidente cærulea aspiciuntur.

Duo genera ejus: campestre, majus: silvestre, quod minus est. Quidam teuthrion vocant. Folia canis homi-

lement lorsqu'elle est sèche , mais même lorsqu'elle est encore en terre. La meilleure huile d'iris s'apportait autrefois de Leucade et d'Élis , où depuis long-temps on cultive cette plante : maintenant elle vient de la Pamphylie; mais celle de la Cilicie et des contrées septentrionales est aussi fort estimée.

Saliunca.

XX. Le *saliunca* a des racines nombreuses , et la feuille si courte , qu'il est impossible d'en faire des couronnes : c'est moins une fleur qu'une herbe , tellement serrée , qu'elle semble avoir été pressée avec la main : c'est , en un mot , un gazon d'un genre particulier. Il croît dans la Pannonie , la Norique et sur les Alpes , dans les endroits exposés au soleil. Celui qui croît près d'Éporédia a l'odeur si suave, que le produit de la vente égale le revenu d'une mine. Le *saliunca*, placé parmi les vêtemens , leur communique une odeur fort agréable.

Polium ou teuthrion.

XXI. Le *polion* sert au même usage chez les Grecs. Les vers de Musée et d'Hésiode l'ont rendu fameux ; ils l'ont célébré comme utile à tout , et particulièrement pour acquérir de la gloire et parvenir aux dignités : plante vraiment admirable , s'il est vrai , comme on le dit , que ses feuilles soient blanches le matin , pourpres à midi , et bleues au coucher du soleil !

Il y a deux espèces de *polion* : l'un , plus grand , naît dans les champs ; l'autre , plus petit , croît dans les fo-

nis similia, a radice protinus, numquam palmo altiora.

Vestium æmulatio cum floribus.

XXII. 8. Et de odoratis floribus satis dictum : in quibus unguento vicisse naturam gaudens luxuria, vestibus quoque provocavit eos flores qui colore commendantur. Hos animadverto tres esse principales. Rubentem, in cocco, qui a rosis migrante gratia, idem trahitur suspectu et in purpuras tyrias, dibaphasque, ac lacinicas. Alium in amethysto, qui a viola, et ipse in purpureum, quemque ianthinum appellavimus. Genera enim tractamus, in species multas sese spargentia. Tertius est, qui, proprie conchylii intelligitur, multis modis : unus in heliotropio, et in aliquo ex his plerumque saturatior : alius in malva, ad purpuram inclinans : alius in viola serotina, conchyliorum vegetissimus. Paria nunc componuntur, et natura atque luxuria depugnant.

Lutei video honorem antiquissimum, in nuptialibus flammeis totum feminis concessum : et fortassis ideo

rêts. On l'appelle aussi *teuthrion*. Les feuilles de cette plante ressemblent aux cheveux blancs d'un vieillard ; elles partent immédiatement de la racine, et n'ont jamais plus d'un palme de hauteur.

Tissus qui rivalisent avec les fleurs.

XXII. 8. Voilà ce que nous avons à dire sur les fleurs odorantes. Le luxe, satisfait d'avoir triomphé de la nature par la composition des parfums, a voulu encore faire rivaliser la teinture avec les fleurs les plus recherchées pour l'éclat des couleurs. On en distingue trois principales : la première est le rouge de coccus, qui imite le vermillon de la rose, et qui, vu par reflet, se fait reconnaître dans la pourpre tyrienne, dans celle qui a reçu une double teinture, et dans celle de Laconie. La seconde couleur principale est celle d'améthyste, ou le violet, qu'on retrouve dans la pourpre, et que nous appelons couleur *ianthine*. Nous ne traitons ici que des genres principaux, qui se divisent eux-mêmes en un grand nombre d'espèces. La troisième couleur principale est celle que fournissent les *murex*, et l'on en distingue plusieurs sortes : l'une, qui ressemble à la couleur de l'héliotrope, et qui est ordinairement un peu foncée ; l'autre, qui ressemble à la couleur des mauves, et qui tire sur le pourpre. Enfin une autre qui ressemble à la couleur de la violette tardive ; c'est celle qui a le plus d'éclat et de vivacité. Voilà les rivaux en présence : c'est ici que commence le combat du luxe et de la nature.

Le jaune était estimé dès les plus anciens temps, mais réservé exclusivement pour le voile nuptial des

non numerari inter principales, hoc est, communes maribus ac feminis, quoniam societas principatum dedit.

Amaranthus.

XXIII. Amarantho non dubie vincimur. Est autem spica purpurea verius, quam flos aliquis, et ipse sine odore. Mirum in eo, gaudere decerpi et lætius renasci. Provenit augusto mense : durat in autumnum. Alexandrino palma, qui decerptus adservatur. Mireque, postquam defecere cuncti flores, madefactus aqua revivescit, et hibernas coronas facit. Summa ejus natura in nomine est, appellato, quoniam non marcescat.

Cyanos : holochrysos.

XXIV. In nomine et cyani colos : item holochrysi. Omnes autem hi flores non fuere in usu Alexandri Magni ætate, quoniam proximi a morte ejus auctores siluere de illis : quo manifestum est postea placuisse. A Græcis tamen repertos quis dubitet : non aliter Italia usurpante nomina illorum ?

Petilium : bellio.

XXV. At Hercules petilio ipsa nomen imposuit, au-

femmes : peut-être est-ce pour cette raison que le jaune n'est pas au nombre des couleurs principales, c'est-à-dire communes aux hommes et aux femmes, car cette communauté peut seule donner le premier rang.

Amaranthe.

XXIII. Tous les efforts de l'art sont vaincus incoutestablement par l'amaranthe : c'est un épi de pourpre plutôt qu'une fleur. L'amaranthe est inodore ; et ce qui doit étonner , c'est que plus on la cueille , mieux elle repousse. Elle commence au mois d'août , et dure jusqu'en automne. Celle d'Alexandrie est la plus estimée , et se garde cueillie. Une propriété singulière de l'amaranthe , c'est de reverdir dans l'eau à l'époque où l'on ne trouve plus aucune fleur ; aussi l'emploie-t-on en hiver pour faire des couronnes. Son nom indique sa principale qualité , celle de ne jamais se flétrir.

Cyanos ; holochrysum.

XXIV. Les noms mêmes du *cyanos* et de l'*holochrysum* désignent leurs couleurs. Toutes ces fleurs n'étaient point en usage du temps d'Alexandre-le-Grand , car les auteurs qui ont écrit peu de temps après sa mort n'en font aucune mention : ce qui prouve qu'elles n'ont été en vogue que postérieurement. Qui pourrait douter cependant que les Grecs les aient observées les premiers , puisque , aujourd'hui même , elles conservent leurs noms grecs en Italie ?

Petilium ; bellio.

XXV. Mais c'est l'Italie , sans contredit , qui a donné

tumnali, circaque vepres nascenti, et tantum colore commendato, qui est rosæ silvestris. Folia parva, quina. Mirumque in eo flore, inflecti cacumen, et non nisi retorto folia nasci, parvo calyce, ac versicolori, luteum semen includente.

Luteus et bellio pastillicantibus quinquagenis quinibus barbulis coronatur. Pratenses hi flores, ac sine usu plerique, et ideo sine nominibus. Quin et his ipsis alia alii vocabula imponunt.

Chrysocome, sive chrysitis.

XXVI. Chrysocome, sive chrysitis, non habet latinam appellationem. Palmi altitudine est, comantibus fulgore auri corymbis, radice nigra, ex austero dulci, in petrosis opacisque nascens.

Qui frutices flore coronent.

XXVII. 9. Et fere peractis colorum quoque celeberrimis, transeat ratio ad eas coronas, quæ varietate sola placent. Duo earum genera, quando aliæ flore constant, aliæ folio. Florem esse dixerim genistas (namque et iis decerpitur luteus): item rhododendron: item zizipha, quæ et Cappadocia vocantur: his odoratus, similis

le nom au *petilium*. C'est une plante d'automne qui croît auprès des buissons, et n'est recommandable que par sa fleur, dont la couleur ressemble à celle de la rose sauvage. Ses pétales sont petits, et au nombre de cinq. Ce qu'il y a de singulier dans cette plante, c'est que le sommet s'incline en bas, et que les pétales ne paraissent qu'au moment où ce même sommet s'est recourbé en haut. Ses graines sont jaunes et renfermées dans une petite capsule de diverses couleurs.

Le *bellio* est aussi de couleur jaune ; il se compose de cinquante-cinq languettes disposées en couronnes. Il croît dans les prés. La plupart des fleurs de ce genre n'ont point d'usage, et par conséquent point de nom fixe, les uns les appelant d'une façon, les autres d'une autre.

Chrysocome, ou chrysitis.

XXVI. La *chrysocome*, ou *chrysitis*, n'a point de nom en latin. Cette plante s'élève à la hauteur d'un palme ; les bouquets de ses fleurs ont l'éclat de l'or ; sa racine est noire et d'une saveur âpre-douce. Elle croît dans les lieux pierreux et ombragés.

Arbustes à couronnes de fleurs.

XXVII. 9. Après avoir passé en revue les couleurs les plus estimées, examinons les couronnes qui ne plaisent que par leur variété. Il y a deux espèces de couronnes : les unes sont faites de fleurs, les autres de feuilles. Je mets au rang des fleurs à couronne celles du genêt, qui sont jaunes, celles du *rhododendron*, et celles du *ziziphus*, qu'on appelle aussi fleurs de Cap-padoc : ces dernières ressemblent à celles de l'olivier,

olearum floribus. In vepribus nascitur cyclaminum, de quo plura alias. Flos ejus colossinus in coronas admittitur.

Qui folio.

XXVIII. Folia in coronamentis smilacis et ederae, corymbique earum obtinent principatum, de quibus in fruticum loco abunde diximus. Sunt et alia genera nominibus graecis indicanda, quia nostris majore ex parte hujus nomenclaturae defuit cura. Et pleraque eorum in exteris terris nascuntur, nobis tamen consecranda, quoniam de natura sermo, non de Italia est.

Melothron, spiraea, origanum: cneorum sive casia, genera duo: melissophyllum sive melittæna. Melilotos, quæ sertula Campana.

XXIX. Ergo in coronamenta folio venere melothron, spiraea, origanon, cneoron, quod casiam Hyginus vocat: et quod cunilaginem, quæ conyza: melissophyllum, quod apiastrum: meliloton, quod sertulam Campanam vocamus. Est enim in Campania Italiae laudatissima, Graecis in Sunio: mox Chalcidica et Cretica: ubicumque vero asperis et silvestribus nata.

Coronas ex ea antiquitus factitatas, indicio est nomen sertulae, quod occupavit. Odor ejus croco vicinus

et elles en ont l'odeur. Le *cyclaminum* naît dans les buissons : nous en parlerons ailleurs avec plus de détails. Ses fleurs, de couleur pourpre, s'emploient dans les couronnes.

Arbustes à couronnes de feuilles.

XXVIII. Quant aux couronnes de feuilles, celles qui sont faites avec les feuilles du *smilax* et du lierre sont placées au premier rang. Nous avons parlé assez au long de ces deux plantes en traitant des arbrisseaux. On emploie encore les feuilles d'autres plantes que je désignerai par leurs noms grecs, les Latins n'en ayant point donné d'autres à la plupart. Presque toutes sont exotiques ; mais nous devons les indiquer ici, puisque notre ouvrage embrasse la nature entière, et non pas l'Italie seulement.

Melothron, spirée, origan : *eneorum* ou *casia* ; ses deux espèces : *melissophyllon* ou *mélittène*. Mélilot, autrement *sertula Campana* (tresse de Campanie).

XXIX. Ainsi l'on fait des couronnes avec les feuilles du *melothron*, du *spiræa*, de l'*origanum*, du *cneorum*, qu'Hygin appelle *casia* ; du *conyza*, qu'il appelle *cunilago* ; du *melissophyllon*, qu'il nomme *apiastrum* ; du mélilot, que nous appelons *sertula Campana* : car le meilleur mélilot de l'Italie croît dans la Campanie, comme le meilleur mélilot de la Grèce est celui du cap Sunium, puis celui de Chalcis et de l'île de Crète. Dans tout pays il préfère les terrains âpres et les forêts.

Son nom de *sertula* montre assez qu'anciennement on en faisait des couronnes. Il est blanc ; son odeur

est, et flos, ipsa cana. Placet maxime foliis brevissimis atque pinguissimis.

Trifolii genera III. Myophonum.

XXX. Folio coronat et trifolium. Tria ejus genera. Minyanthes vocant Græci, alii asphaltion, majore folio, quo utuntur coronarii. Alterum acuto, oxytriphylon. Tertium ex omnibus minutissimum. Inter hæc nervosi cauliculi quibusdam, ut marathro, hippomarathro, myophono. Utuntur e ferulis et corymbis, et edera flore purpureo. Est et in alio genere earum silvestribus rosis similis. Et in iis quoque colos tantum delectat, odor autem abest.

10. Et cneori duo genera, nigri atque candidi. Hoc et odoratum : ramosa ambo. Florent post æquinoctium autumnum. Totidem et origani in coronamentis species. Alterius enim nullum semen. Id, cui odor est, Creticum vocatur.

Thymi genera II. Flore nascentia, non semine.

XXXI. Totidem et thymi : candidum, ac nigricans. Floret autem circa solstitia, quum et apes decerpunt, et augurium mellis est. Proventum enim sperant apiarii

et celle de sa fleur approchent de celle du safran. Le mélilot qui a les feuilles les plus petites et les mieux nourries est le plus estimé.

Trèfle : trois espèces. *Myophonum*.

XXX. Les feuilles de trèfle entrent aussi dans les couronnes. Il y a trois sortes de trèfles : l'un , appelé par les Grecs *minyanthès* et *asphaltion* , a les feuilles assez grandes , et s'emploie pour les couronnes ; l'autre a les feuilles pointues : c'est l'*oxytriphylon* ; le troisième est celui qui a les feuilles les plus petites de toutes. Parmi ces plantes , il en est qui ont les tiges fortes et solides ; tels sont le *marathrum* , l'*hippomarathrum* et le *myophonum*. Les ombelles de la fêrûle , et les fleurs purpurines du lierre , entrent aussi dans les couronnes. Il y a encore une espèce différente de lierre dont les fleurs sont semblables à celles du rosier sauvage : on ne les recherche que pour leur couleur , car elles sont inodores.

10. On connaît deux espèces de *cneorum* , le noir et le blanc ; ce dernier est odorant : tous deux sont branchus , et fleurissent après l'équinoxe d'automne. Il y a aussi deux sortes d'origan employées pour les couronnes ; l'un qui n'a ni graine ni odeur , l'autre qui est odorant , et qu'on appelle origan de Crète.

Thym : deux espèces. Plantes produites par des fleurs , et non par des graines.

XXXI. Il y a pareillement deux espèces de thym , un blanc et un noirâtre. Le thym fleurit vers le solstice d'été ; alors les abeilles viennent le cueillir , et l'on peut

large florescente eo. Læditur imbribus, amittitque florem. Semen thymi non potest deprehendi, quum origani perquam minutum, non tamen fallat. Sed quid interest occultasse id naturam? In flore ipso intelligitur, satoque eo nascitur. Quid non tentavere homines? Mellis attici in toto orbe summa laus existimatur. Ergo translatum est ex Attica thymum, et vix flore (uti docemus) satum. Sed alia ratio naturæ obstitit, non durante attico thymo, nisi in adflatu maris. Erat quidem hæc opinio antiqua in omni thymo, ideoque non nasci in Arcadia. Tunc oleam non putabant gigni, nisi intra ccc stadia a mari. Thymis quidem nunc etiam lapideos campos in provincia narbonensi refertos scimus : hoc pæne solo re-
ditu, e longinquis regionibus pecudum millibus convenientibus, ut thymo vescantur.

Conyza.

XXXII. Et conyzæ duo genera in coronamentis, mas ac femina. Differentia in folio. Tenuius feminæ, et constrictius, angustiusque : imbricatum maris, et ramosius. Flos quoque magis splendet ejus, serotinus utrique post Arcturum. Mas odore gravior, femina

conjecturer quel sera le produit du miel. On s'en promet une abondante récolte quand le thym donne beaucoup de fleurs. La pluie lui est nuisible et fait tomber la fleur. On ne peut apercevoir la graine du thym ; celle de l'origan , néanmoins , n'échappe pas à la vue , malgré sa petitesse. Mais qu'importe que la nature ait dérobé à nos regards la graine du thym ? on sait qu'elle existe dans la fleur , puisque celle-ci , étant semée , produit du thym. Que n'a point tenté l'industrie humaine ? Le miel attique est le plus estimé de l'univers. On a essayé de transporter ailleurs du thym de l'Attique , en semant les fleurs comme nous venons de le dire ; mais la nature du climat a rendu tous les efforts infructueux , car le thym de l'Attique ne peut se maintenir qu'à la proximité de la mer. On croyait anciennement qu'il en était ainsi de toutes les espèces de thym , et que , pour cette raison , il n'en croissait pas en Arcadie. On pensait aussi qu'à plus de trois cents stades des côtes , on ne trouvait plus d'oliviers ; mais nous savons aujourd'hui que , dans la Narbonaise , la partie nommée *campagne pierreuse* est couverte de thym , et qu'on y fait paître des milliers de moutons amenés de cantons fort éloignés , ce qui fait presque tout le revenu de la province.

Conyza.

XXXII. Deux sortes de *conyza* servent pour les couronnes , le *conyza* mâle et le *conyza* femelle. Leur différence consiste dans les feuilles ; celles de la femelle sont plus menues , plus étroites et plus effilées ; celles du mâle sont partagées en plusieurs segmens. Les fleurs du mâle ont aussi plus d'éclat. Les deux espèces , au

large florescente eo. Læditur imbribus, amittitque florem. Semen thymi non potest deprehendi, quum origani perquam minutum, non tamen fallat. Sed quid interest occultasse id naturam? In flore ipso intelligitur, satoque eo nascitur. Quid non tentavere homines? Mellis attici in toto orbe summa laus existimatur. Ergo translatum est ex Attica thymum, et vix flore (uti docemus) satum. Sed alia ratio naturæ obstitit, non durante attico thymo, nisi in adflatu maris. Erat quidem hæc opinio antiqua in omni thymo, ideoque non nasci in Arcadia. Tunc oleam non putabant gigni, nisi intra ccc stadia a mari. Thymis quidem nunc etiam lapideos campos in provincia narbonensi refertos scimus: hoc pæne solo reddito, e longinquis regionibus pecudum millibus convenientibus, ut thymo vescantur.

Conyza.

XXXII. Et conyzæ duo genera in coronamentis, mas ac femina. Differentia in folio. Tenuius feminae, et constrictius, angustiusque: imbricatum maris, et ramosius. Flos quoque magis splendet ejus, serotinus utrique post Arcturum. Mas odore gravior, femina

conjecturer quel sera le produit du miel. On s'en promet une abondante récolte quand le thym donne beaucoup de fleurs. La pluie lui est nuisible et fait tomber la fleur. On ne peut apercevoir la graine du thym ; celle de l'origan , néanmoins , n'échappe pas à la vue , malgré sa petitesse. Mais qu'importe que la nature ait dérobé à nos regards la graine du thym ? on sait qu'elle existe dans la fleur , puisque celle-ci , étant semée , produit du thym. Que n'a point tenté l'industrie humaine ? Le miel attique est le plus estimé de l'univers. On a essayé de transporter ailleurs du thym de l'Attique , en semant les fleurs comme nous venons de le dire ; mais la nature du climat a rendu tous les efforts infructueux , car le thym de l'Attique ne peut se maintenir qu'à la proximité de la mer. On croyait anciennement qu'il en était ainsi de toutes les espèces de thym , et que , pour cette raison , il n'en croissait pas en Arcadie. On pensait aussi qu'à plus de trois cents stades des côtes , on ne trouvait plus d'oliviers ; mais nous savons aujourd'hui que , dans la Narbonaise , la partie nommée *campagne pierreuse* est couverte de thym , et qu'on y fait paître des milliers de moutons amenés de cantons fort éloignés , ce qui fait presque tout le revenu de la province.

Conyza.

XXXII. Deux sortes de *conyza* servent pour les couronnes , le *conyza* mâle et le *conyza* femelle. Leur différence consiste dans les feuilles ; celles de la femelle sont plus menues , plus étroites et plus effilées ; celles du mâle sont partagées en plusieurs segmens. Les fleurs du mâle ont aussi plus d'éclat. Les deux espèces , au

quam radice aut surculo : semine quoque non sine negotio : plantaria transferuntur. Sic et Adonium. Utrumque æstate. Alsiosa enim admodum sunt : et sole tamen nimio læduntur. Sed ubi convaluere, rutæ vice fruticant. Abrotono simile odore leucanthemum est, flore albo foliosum.

Amaraci genera duo.

XXXV. 11. Amaracum Diocles medicus et Sicula gens appellavere, quod Ægyptus et Syria sampsuchum. Scribitur utroque genere, et semine et ramo, vivacius supradictis, et odore melius. Copiosum amaraco æque, quam abrotono, semen. Sed abrotono radix una et alte descendens : ceteris in summa terra leviter hærens. Reliquorum satio autumno fere incipiente, nec non et vere quibusdam locis, quæ umbra gaudent, et aqua, ac fimo.

Nyctegretum, sive chenomychos, sive nyctalops.

XXXVI. Nyctegretum inter pauca miratus est Democritus, coloris hyssigini, folio spinæ; nec a terra se adtollentem, præcipuam in Gedrosia narrat. Erui post æquinoctium vernum radicitus, siccarique ad lunam triginta diebus, ita lucere noctibus. Magos Parthorumque reges uti hac herba ad vota suscipienda. Eandem

de rejetons ; encore vient-elle difficilement de graine. On la transplante, ainsi que l'*adonium*. Cette opération a lieu l'été, car ces plantes craignent le froid ; néanmoins un soleil trop ardent leur serait nuisible. Devenues plus fortes, elles poussent des rameaux à la manière de la rue. Le *leucanthemum* a l'odeur de l'aurone, les feuilles nombreuses et la fleur blanche.

Deux espèces d'*amaracus*.

XXXV. 11. Le médecin Dioclès et les Siciliens appellent *amaracus* la plante nommée en Égypte et en Syrie *sampsuchus*. Elle vient de graine et de provins ; elle est plus vivace que les précédentes, et son odeur est plus agréable. L'*amaracus* n'a pas moins de graine que l'aurone ; mais celle-ci n'a qu'une racine implantée profondément, tandis que les autres l'ont presque à fleur de terre. Celles d'entre ces plantes qui aiment l'ombre, l'eau et l'engrais, se sèment d'ordinaire au commencement de l'automne, et en quelques endroits au printemps.

Nyctegretum ou *chenomychos*, autrement *nyctalops*.

XXXVI. Démocrite regardait le *nyctegretum* comme une des plantes les plus singulières : elle est bleue, rampante, et a les feuilles semblables à celles de l'épine. Suivant le même auteur, le meilleur *nyctegretum* se trouve en Gédrosie. On l'arrache de terre après l'équinoxe de printemps ; on le fait sécher à la lune durant trente jours, et alors il éclaire pendant la nuit. Les mages et les rois des Parthes se servent de cette

vocari chenomychon, quoniam anseres a primo conspectu ejus expavescant : ab aliis nyctalopa, quoniam e longinquo noctibus fulgeat.

Melilotos.

XXXVII. Melilotos ubique nascitur : laudatissima tamen in Attica : ubicumque vero recens nec candicans, et croco quam simillima : quamquam in Italia odoratior candida.

Quo ordine temporum flores nascantur. Verni flores : viola : anemone coronaria : œnanthe herba : melianthum : heliochrysos : gladiolus : hyacinthus.

XXXVIII. Florum prima ver nuntiantium viola alba. Tepidioribus vero locis etiam hieme emicat. Postea quæ ion appellatur, et purpurea. Proxime flammea, quæ et phlox vocatur, silvestris dumtaxat. Cyclaminum bis anno, vere et autumnno : æstates hiemesque fugit. Seniores supra dictis aliquando narcissus et lilium trans maria : in Italia quidem, ut diximus, post rosam. Nam in Græcia tardius etiamnum anemone. Est autem hæc silvestrium bulborum flos, aliaque quam quæ dicetur in medicinis. Sequitur œnanthe, melianthum : ex silvestribus heliochrysos. Deinde alterum genus anemones, quæ limonia vocatur. Post hanc gladiolus comitatus hyacinthis. Novissima rosa : eademque prima deficit,

plante quand ils prononcent leurs vœux. On l'appelle aussi *chenomychon*, parce qu'elle épouvante les oies aussitôt que celles-ci l'aperçoivent; d'autres la nomment *nyctalops*, parce qu'elle brille de loin pendant la nuit.

Mélilot.

XXXVII. Le mélilot croît partout, mais on estime particulièrement celui de l'Attique. En quelque pays que ce soit, on préfère celui qui est frais, et dont la couleur approche le plus de celle du safran. Cependant, en Italie, c'est le blanc qui a le plus d'odeur.

Ordre de floraison des plantes. Fleurs de printemps : violette, anémone à couronne, œnanthe (herbe), melianthum, heliochrysos, glaïeul, hyacinthe.

XXXVIII. La violette blanche est la première des fleurs qui annoncent le printemps. Dans les endroits chauds, elle fleurit même en hiver. Ensuite vient la violette pourprée, appelée *ion*; puis la jaune, ou *flammea*, appelée aussi *phlox*: je ne désigne ici que l'espèce sauvage. Le *cyclaminum* fleurit deux fois l'an, au printemps et en automne, car il craint l'hiver et l'été. Le lis et le narcisse sont quelquefois plus tardifs, dans les pays d'outre-mer, que les fleurs précédentes. En Italie, ils fleurissent après la rose, comme nous l'avons dit ailleurs. En Grèce, l'anémone est encore plus tardive: c'est la fleur d'une espèce de bulbes sauvages, et bien différente de l'anémone, dont nous parlerons en traitant des vertus médicinales des plantes. Après les bulbes viennent l'œnanthe et le *melianthum*, et, parmi les plantes sauvages, l'*heliochrysos*; ensuite une autre espèce d'anémone ap-

excepta sativa : e ceteris hyacinthus maxime durat, et viola alba, et œnanthe : sed hæc ita, si divulsa crebro prohibeatur in semen abire. Nascitur locis tepidis. Odor idem ei, qui germinantibus uvis, atque inde nomen.

Hyacinthum comitatur fabula duplex, luctum præferens ejus quem Apollo dilexerat, aut ex Ajacis cruore editi, ita discurrentibus venis, ut græcarum litterarum figura AI legatur inscripta.

Heliochrysos florem habet auro similem, folium tenue, cauliculum quoque gracilem, sed durum. Hoc coronare se magi, si et unguenta sumantur ex auro, quod apyron vocant, ad gratiam quoque vitæ gloriamque pertinere arbitrantur. Et verni quidem flores hi sunt.

Æstivi flores : lychnis : tiphyon : amaracus Phrygius. Pothi genera duo. Orsinæ genera duo. Vincapervinea, sive chamædaphne. Quæ semper vireat herba.

XXXIX. Succedunt illis æstivi, lychnis, et Jovis flos, et alterum genus lilii. Item tiphyon, et amaracus, quem Phrygium cognominant. Sed maxime spectabilis pothos. Duo genera hujus : unum, cui flos hyacinthi est : alterum candidius, qui fere nascitur in tumulis, quoniam

pelée *limonia*; après celle-ci, le glaïeul et l'hyacinthe. La rose est la dernière, et néanmoins finit la première, excepté la rose cultivée. De toutes ces fleurs, l'hyacinthe, la violette blanche et l'œnanthe sont celles qui durent le plus long-temps; mais, pour conserver la dernière, il faut l'empêcher de monter en graine, en la cueillant souvent. Elle croît dans les lieux chauds; elle a l'odeur de la vigne en fleur: c'est ce qui lui a fait donner son nom.

L'hyacinthe a été l'objet de deux fables différentes: suivant l'une, elle porte empreints les signes de la douleur d'Apollon, à la mort du jeune homme qu'il aimait; suivant l'autre, elle naquit du sang d'Ajax, et l'on voit sur sa fleur des lignes qui semblent tracer en grec les deux premières lettres, AI, du nom de ce héros.

L'heliochrysos a la fleur de couleur d'or; ses feuilles sont menues, sa tige grêle, mais dure. Les mages prétendent qu'en se couronnant de cette fleur, et en se frottant de parfums pris dans de l'or apyre (qui n'ait pas éprouvé l'action du feu), on acquiert de la faveur et de la gloire. Voilà quelles sont les fleurs du printemps.

Fleurs d'été: *lychnis*, *tiphyon*, *amaracus* de Phrygie; *pothos*, deux espèces; *orsine*, deux espèces; *vincapervinca* ou *chamædaphne*.
Herbe à verdure perpétuelle.

XXXIX. Celles d'été leur succèdent; ce sont le *lychnis*, la fleur de Jupiter, la seconde espèce de lis, l'*amaracus* de Phrygie, le *tiphyon*, le *pothos*; ce dernier surtout est remarquable. Il y en a deux espèces: l'une à fleur d'hyacinthe; l'autre croît sur les tombeaux, parce qu'elle dure plus long-temps. L'iris fleurit aussi en été. Toutes

fortius durat. Et iris æstate floret. Abeunt et hi, marcescuntque. Alii rursus subeunt autumnò : tertium genus lilii : et crocum in utroque genere : unum hebes, alterum odoratum : primis omnia imbribus emicantia. Coronarii quidem et spinæ flore utuntur : quippe quum spinæ albæ cauliculi inter oblectamenta gulæ quoque condiantur. Hic est trans maria ordo florum. In Italia violis succedit rosa : huic intervenit lilium : rosam cyanus excipit, cyanum amaranthus. Nam vincapervinca semper viret, in modum lineæ foliis geniculatim circumdata, topiaria herba. Inopiam tamen florum aliquando supplet. Hæc a Græcis chamædaphne vocatur.

Quam longa cuique florum vita.

XL. Vita longissima violæ albæ trimatu. Ab eo tempore degenerat. Rosa et quinquennium perfert, nec recisa, nec adusta. Illo enim modo juvenescit. Diximus et terram referre plurimum. Nam et in Ægypto sine odore hæc omnia : tantumque myrtis odor præcipuus. Alicubi etiam binis mensibus antecedit germinatio omnium. Rosaria a Favonio fossa oportet esse, iterumque solstitio. Et id agendum, ut intra id tempus purgata ac pura sint.

ces fleurs se passent et se flétrissent comme les précédentes. D'autres paraissent à leur tour en automne ; ce sont : la troisième espèce de lis ; les deux espèces de safran , l'une qui a peu d'odeur, l'autre qui est fort odorante. Ces fleurs se développent dès les premières pluies. On emploie aussi pour les couronnes les fleurs de l'épine, dans le temps où l'on prépare, comme un mets délicat , les jeunes pousses de l'épine blanche. Voilà en quel ordre paraissent les fleurs d'outre-mer. En Italie, les roses succèdent aux violettes ; le lis paraît dans l'intervalle de la durée des roses ; le *cyanus* vient après ces dernières, et l'amaranthe après le *cyanus*. Quant au *vincapervinca*, il est toujours vert ; ses feuilles sont placées autour de la tige , à chaque nœud. Il se prête à toutes les formes qu'on veut lui donner. On s'en sert quelquefois à défaut d'autres fleurs. Les Grecs l'appellent *chamæ-daphne*.

Durée des fleurs.

XL. La violette blanche dure au plus trois ans ; passé ce temps, elle s'abâtardit. Le rosier se maintient cinq ans, sans avoir besoin ni de la taille ni du feu, ce qui est le véritable moyen de le rajeunir. Nous avons déjà signalé l'influence du terrain sur les fleurs ; en effet, toutes celles dont nous venons de parler sont inodores en Égypte : on n'y trouve qu'une seule plante odorante, le myrte ; il y a même des pays où la floraison a lieu deux mois plus tôt que dans d'autres. Il faut bêcher les rosiers au premier souffle du vent d'ouest, et leur donner une seconde façon au solstice d'été. On doit avoir soin que, pendant cet intervalle, ils soient exactement nettoyés.

Quæ propter apes serenda inter flores. Cerinthe.

XLI. 12. Verum hortis coronamentisque maxime alvearia et apes conveniunt, res præcipui quæstus compendiique, quum favit. Harum ergo causa oportet serere thymum, apiastrum, rosam, violas, liliū, cytisum, fabam, erviliam, cunilam, papaver, conyzam, casiam, melilotum, melissophyllum, cerinthen. Est autem cerinthe folio candido, incurvo, cubitalis, capite concavo, mellis succum habente. Horum floris avidissimæ sunt, atque etiam sinapis, quod miremur, quum olivæ florem ab his non attingi constet. Ideoque hanc arborem procul esse melius sit : quum aliquas quam proxime seri conveniat, quæ et evolantium examina invitent, nec longius abire patiantur.

De morbis earum, et remediis.

XLII. Cornum quoque arborem caveri oportet : flore ejus degustato, alvo cita moriuntur. Remedium, sorba contusa e melle præbere his, vel urinam hominum, vel boum, aut grana punici mali, ammineo vino conspersa. At genistas circumseri alveariis gratissimum.

Végétaux à semer parmi les herbes pour les abeilles. Cérinthe.

XLI. 12. En traitant des fleurs et des couronnes, nous sommes amenés naturellement à parler des ruches et des abeilles, qui font le produit le plus considérable d'un jardin, lorsqu'elles y réussissent. On doit donc semer, pour les abeilles, le thym, l'*apiastrum*, la rose, les violettes, le lis, le cytise, la fève, les cicerolles, la sarriette, le pavot, la conyze, le *casia*, le mélilot, la mélisse et le cérinthe. Cette dernière plante est de la hauteur d'une coudée; ses feuilles sont blanches et recourbées, et la concavité de ses fleurs est remplie d'une liqueur mielleuse. Les abeilles aiment extrêmement les fleurs dont nous venons de parler, et même celles du sénevé; ce qui est d'autant plus singulier, qu'elles ne touchent point à celles de l'olivier: aussi vaut-il mieux qu'il n'y ait point d'oliviers dans le voisinage des ruches. Il est bon néanmoins de planter quelques arbres tout auprès, pour inviter les essaims à s'y reposer au sortir de la ruche, et les empêcher de s'écarter trop loin.

Maladies des abeilles; comment on les traite.

XLII. Il faut aussi éloigner des ruches le cornouiller, car les abeilles qui en ont sucé les fleurs périssent du flux de ventre. Pour remède, on leur donne des sorbes pilées avec du miel, ou bien de l'urine d'homme ou de bœuf, ou bien encore des grains de grenades détrempés dans du vin amminéen. On plantera autour des ruches des genêts, dont les abeilles aiment beaucoup la fleur.

De pabulo apium.

XLIII. Mirum est dignumque memoratu, de alimentis quod comperi. Hostilia vicus adluitur Pado. Hujus inquilini pabulo circa deficiente imponunt navibus alvos, noctibusque quina millia passuum contrario amne naves subvehunt. Egressæ luce apes pastæque, ad naves quotidie remeant, mutantem locum, donec pondere ipso pressis navibus plenæ alvi intelligantur, revectisque eximantur mella. Et in Hispania mulis provehunt, simili de causa.

De venenato melle, et remediis ejus.

XLIV. 13. Tantumque pabulum refert, ut mella quoque venenata fiant. Heracleæ in Ponto, quibusdam annis perniciosissima existunt, ab iisdem apibus facta. Nec dixere auctores, e quibus floribus ea fierent. Nos trademus, quæ comperimus. Herba est ab exitio et jumentorum quidem, sed præcipue caprarum, appellata ægolethron. Hujus flores concipiunt noxium virus, aquoso vere marcescentes. Ita fit, ut non omnibus annis sentiatur hoc malum. Venenati signa sunt, quod omnino non densatur, quod color magis rutilus est, odor alienus, sternutamenta protinus movens, quod ponderosius

De la nourriture des abeilles.

XLIII. Voici une observation digne de remarque, et que j'ai recueillie au sujet de la nourriture des abeilles. Le bourg d'Hostilia est situé sur les bords du Pô ; lorsque les habitans s'aperçoivent que les fleurs manquent aux environs pour la nourriture des abeilles, ils mettent leurs ruches sur des bateaux, auxquels ils font remonter le fleuve, chaque nuit, l'espace de cinq milles. Le jour venu, les abeilles sortent des ruches, vont butiner dans la campagne, et reviennent à leurs bateaux ; on continue à changer ainsi de lieu jusqu'à ce que les bateaux s'enfoncent davantage par la pesanteur des ruches : on juge alors qu'elles sont pleines, et on les ramène pour en ôter le miel. En Espagne, on fait voyager les ruches sur des mulets, pour la même raison.

Du miel empoisonné ; comment on traite ceux qui en ont mangé.

XLIV. 13. La qualité des fleurs dont les abeilles se nourrissent influe tellement sur celle du miel, que ce produit est quelquefois vénéneux. A Héraclée, dans le Pont, le miel de certaines années est très-pernicieux, quoiqu'il ait été composé par les mêmes mouches. Les auteurs ne nous apprennent pas de quelles fleurs ce miel dangereux est le produit : je ne dirai là-dessus que ce que j'ai découvert par moi-même. Il existe dans ce pays une herbe mortelle pour les bêtes de charge, et surtout pour les chèvres, d'où lui est venu son nom, *ægolethron*. Quand le printemps est pluvieux, ses fleurs, se pourrissant à demi, contractent une qualité nuisible : ainsi, il se peut faire que cet accident n'arrive pas tous les ans. On reconnaît le miel vénéneux à ce qu'il ne s'é-

innoxio. Qui edere, abjiciunt se humi, refrigerationem quærentes : nam et sudore diffluunt. Remedia sunt multa, quæ suis locis dicemus. Sed quoniam statim repræsentari aliqua in tantis insidiis oportet, mulsum vetus e melle optimo et ruta : salsamenta etiam, si rejiciantur sumpta crebro. Certumque est id malum per excrementa ad canes etiam pervenire, similiterque torqueri eos. Mulsum tamen ex eo inveteratum, innocuum esse constat : et feminarum cutem nullo melius emendari cum costo, sugillata cum aloë.

De melle insano.

XLV. Aliud genus in eodem Ponti situ, gente Sanorum, mellis, quod ab insania, quam gignit, mænomenon vocant. Id existimatur contrahi flore rhododendri, quo scatent silvæ. Gensque ea, quum ceram in tributa Romanis præstet, mel (quoniam exitiale est) non vendit. Et in Perside, et in Mauretaniæ Cæsariensis Gætulia, contermina Massæsyliis, venenati favi gignuntur : quidamque a parte, quo nihil esse fallacius potest, nisi quod livore deprehenduntur. Quid sibi voluisse

paissit jamais , qu'il est plus rouge et plus pesant que le bon miel ; enfin , à ce que son odeur , toute particulière , fait éternuer sur-le-champ. Ceux qui en ont goûté se jettent par terre , tourmentés du besoin de se rafraîchir ; en effet , ils sont baignés de sueur. Il y a contre ce poison plusieurs remèdes dont nous parlerons plus loin ; néanmoins , s'il faut offrir de suite des secours contre un mal si dangereux , j'en indiquerai quelques-uns : ce sont , d'abord , le vin vieux miellé , avec de la rue et du meilleur miel ; ensuite les salaisons , qu'on prend à doses réitérées , si on les rejette par le vomissement. Il est certain que les chiens s'empoisonnent de même par les excréments des malades , et qu'ils éprouvent de semblables douleurs. On est sûr cependant que le vin où l'on a mêlé de ce miel n'est pas dangereux lorsqu'il a vieilli. Du reste , rien n'est meilleur que ce miel , mêlé au *costus* , pour adoucir la peau des femmes ; rien n'est plus utile pour les meurtrissures , s'il est mêlé à l'aloès.

Du miel de démence (*mænomenon*).

XLV. Dans la même partie du Pont , au pays des Sannes , il y a une sorte de miel appelé *mænomenon* , parce qu'il rend insensé : on croit qu'il provient de la fleur du *rhododendron* , dont les forêts sont remplies. Vu la qualité pernicieuse de ce miel , les Sannes n'en vendent pas , et cependant ils paient leur tribut en cire aux Romains. Dans la Perse , et dans la Gétulie qui fait partie de la Mauritanie Césarienne , et qui avoisine le pays des Massésyles , les abeilles font des rayons de miel vénéneux en entier , et d'autres qui ne le sont qu'en partie , ce qui serait extrêmement dangereux si le poison ne se

naturam iis arbitremur insidiis, ut ab iisdem apibus, nec omnibus annis fierent, aut non totis favis? Parum erat genuisse rem, in qua venenum facillime daretur: etiamne hoc ipsa in melle tot animalibus dedit? Quid sibi voluit, nisi ut cautiores minusque avidum faceret hominem? non enim et ipsis jam apibus cuspides dederat, et quidem venenatas? remedio adversus has utique non differendo. Ergo malvæ succo, aut foliorum ederæ perungi salutare est, vel percussos ea bibere. Mirum tamen est, venena portantes ore, figentesque ipsas non mori: nisi quod illa domina rerum omnium hanc dedit repugnantiam apibus: sicut contra serpentes Psyllis Marsisque inter homines.

De melle quod muscæ non attingunt.

XLVI. 14. Aliud in Creta miraculum mellis. Mons est Carma IX M passuum ambitu: intra quod spatium muscæ non reperiuntur, uatumque ibi mel nusquam attingunt. Hoc experimento singulare medicamentis eligitur.

faisait reconnaître à sa couleur livide. Qu'a prétendu la nature en nous dressant ainsi des pièges; en voulant que les mêmes abeilles ne produisent pas tous les ans un miel vénéneux, ou n'empoisonnent qu'une partie de leurs rayons? N'était-ce pas assez d'avoir créé un véhicule commode pour le poison? fallait-il le présenter à tant d'animaux dans la liqueur attrayante du miel? Que s'est-elle proposé, sinon de rendre l'homme plus circonspect et moins avide? Mais n'y avait-elle pas déjà pourvu en donnant à l'abeille un dard empoisonné? Au surplus, il y a contre la piqûre des abeilles un bon remède, que je ne différerai pas plus long-temps d'indiquer: c'est d'appliquer du suc de mauve, ou de feuilles de lierre, sur l'endroit piqué, ou bien de boire ce même suc. Ce qui est vraiment étonnant, c'est que les abeilles, qui portent dans leur bouche, qui composent même des poisons, n'en meurent pas: peut-être la nature, cette maîtresse de toutes choses, a-t-elle donné à ces insectes la vertu de neutraliser leur propre venin, comme, dans l'espèce humaine, elle a donné aux Psylles et aux Morses celle de neutraliser le venin des serpens.

Du miel que les mouches ne touchent jamais.

XLVI. 14. Citons, relativement au miel, un autre fait merveilleux. En Crète, dans toute l'étendue de la montagne Carma, qui a neuf milles de tour, il ne se trouve pas une seule mouche, et, nulle part, ces insectes ne touchent au miel qui se forme sur cette montagne: c'est à cette épreuve qu'on le reconnaît, et on le préfère, en médecine, comme possédant une vertu particulière.

De alveariis, de alvis, et cura eorum.

XLVII. Alvearia orientem æquinoctialem spectare convenit. Aquilonem evitent : nec Favonium minus. Alvos optimas e cortice, secundas ferula, tertias vimine. Multi eas et speculari lapide fecere, ut operantes intus spectarent. Circumlini alvos fimo bubulo utilissimum, operculum a tergo esse ambulatorium, ut proferatur intus, si magna sit alvus, aut sterilis operatio, ne desperatione curam abjiciant : id paulatim reduci, fallente operis incremento. Alvos hieme stramento operiri, crebro suffiri, maxime fimo bubulo. Cognatum hoc iis, innascentes bestiolas necat, araneos, papiliones, teredines : apesque ipsas excitat. Et araneorum quidem exitium facilius est : papilio pestis major. Tollitur vere, quum maturescit malva, noctu, interlunio, cælo sereno, accensis lucernis ante alvos. In eam flammam sese ingerunt.

Si famem apes sentiant.

XLVIII. Si cibus deesse censeatur apibus, uvas passas siccasve, ficosque tusas, ad fores earum posuisse conveniet : item lanas tractas madentes passo, aut defruto,

Des ruches , des cellules ; quels soins il faut y apporter.

XLVII. Les ruches doivent regarder le levant équinoxial , et jamais le nord ni le couchant. Les meilleures ruches sont celles d'écorce , ensuite celles de fêrulle , puis celles d'osier. Plusieurs personnes ont fait des ruches de pierre spéculaire , pour voir travailler les abeilles. Il est bon de frotter les ruches avec de la fiente de bœuf. Le couvercle doit être mobile par derrière , pour qu'on puisse l'enfoncer en dedans si la ruche est trop grande , ou si l'ouvrage avance peu ; autrement il est à craindre que les abeilles , découragées , ne renoncent à l'ouvrage. On le relève ensuite insensiblement , pour tromper les abeilles sur les progrès de l'ouvrage. En hiver , il faut couvrir les ruches de paille , les parfumer fréquemment , surtout avec la fiente de bœuf : la fumée en est très-avantageuse aux abeilles. Elle tue les petits insectes et les vers qui s'engendrent dans la ruche , comme aussi les araignées et les papillons : de plus , elle ranime les abeilles elles-mêmes. On les débarrasse facilement des araignées , mais le papillon est un ennemi plus difficile à détruire. Pour y parvenir , au printemps , lorsque les mauves mûrissent , pendant une nuit sereine , et quand la lune est en conjonction , on place devant les ruches des flambeaux allumés , et les papillons se précipitent sur la flamme.

Si les abeilles souffrent de la faim.

XLVIII. Si l'on juge que les abeilles manquent de nourriture , il faut mettre à l'entrée de la ruche des raisins secs et des figues pilées , ou bien de la laine cardée ,

aut aqua mulsa : gallinarum etiam crudas carnes. Quibusdam etiam æstatibus iidem cibi præstandi, quum siccitas continua florum alimentum abstulit. Alvorum, quum mel eximitur, illini oportet exitus, melissophyllo aut genista tritis : aut medias alba vite præcingere, ne apes diffugiant. Vasa mellaria aut favos lavari aqua præcipiunt : hac decocta, fieri saluberrimum acetum.

De cera facienda. Quæ optima ejus genera. De cera Punica.

XLIX. Cera fit expressis favis, sed ante purificatis aqua, et triduo in tenebris siccatis, quarto die liquatis igni in novo fictili, aqua favos tegente, tunc sporta colatis. Rursus in eadem olla coquitur cera cum eadem aqua, excipiturque alia frigida, vasis melle circumlitis. Optima, quæ Punica vocatur. Proxima quam maxime fulva, odorisque mellei, pura, natione autem Pontica, quam constare equidem miror inter venenata mella : deinde Cretica, plurimum enim ex propoli habet, de qua diximus in natura apum. Post has Corsica, quoniam ex buxo fit, habere quamdam vim medicaminis putatur. Punica fit hoc modo. Ventilatur sub divo sæpius cera fulva. Deinde fervet in aqua marina, ex alto petita,

trempée dans du vin cuit, du raisiné, ou dans de l'eau miellée, ou bien leur donner de la chair de poule crue. Dans certains cas, il est nécessaire, pendant l'été, de fournir aux abeilles ces mêmes alimens; par exemple, lorsqu'une sécheresse prolongée a détruit les fleurs dont elles se nourrissent. Quand on veut faire la récolte du miel, on doit frotter l'entrée des ruches avec de la mélisse et du genêt pilés; on les entoure d'une ceinture de branches de vigne blanche, pour empêcher les abeilles de fuir. On recommande de laver soigneusement avec de l'eau les pots à miel et les rayons; cette eau, étant bouillie, fait, dit-on, de très-bon vinaigre.

Fabrication de la cire; des meilleures cires; cire Punique.

XLIX. Voici la manière de faire la cire. Après avoir lavé soigneusement avec de l'eau les rayons exprimés auparavant, on les laisse sécher pendant trois jours dans un lieu obscur. Le quatrième jour, on les fait fondre sur le feu dans un pot de terre neuf, avec assez d'eau pour qu'ils en soient couverts; alors on passe la cire à travers un panier. On la fait fondre de nouveau dans le même pot et dans la même eau, et on la verse ensuite dans des pots frottés de miel, remplis d'autre eau qui soit froide. La cire appelée Punique est la meilleure de toutes. Celle du Pont, lorsqu'elle est pure, est placée au second rang; elle est la plus jaune, et elle a l'odeur du miel: ce qui m'étonne, c'est qu'elle ne soit pas altérée par le miel vénéneux qu'elle contient. Au troisième rang est la cire de Crète; c'est celle qui a le plus de propolis. Nous avons parlé de cette substance en traitant de la nature des abeilles. La cire de Corse est la der-

addito nitro. Inde lingulis hauriunt florem, id est, candidissima quæque, transfunduntque in vas, quod exiguum frigidæ habeat. Et rursus marina decoquunt separatim : dein vas ipsum refrigerant. Et quum hæc ter fecere, juncea crate sub dio siccant sole, lunaque : hæc enim candorem facit. Sol siccatur : et ne liquefaciat, protegunt tenui linteo. Candidissima vero fit, post insolationem etiamnum recocta. Punica medicinis utilissima. Nigrescit cera addito chartarum cinere, sicut anchusa admixta rubet. Variosque in colores pigmentis traditur, ad edendas similitudines, et innumeros mortalium usus, parietumque et armorum tutelam. Cetera de melle apibusque in natura earum dicta sunt. Et hortorum quidem omnis fere ratio peracta est.

Sponte nascentium herbarum in quibusque gentibus usus, naturæ, miracula. Fraga, tamnus, ruscus. Batis: genera duo. Pastinaca pratensis : lupus salictarius.

L. 15. Sequuntur herbæ sponte nascentes, quibus pleræque gentium utuntur in cibis, maximeque Ægyptus, frugum quidem fertilissima, sed ut prope sola iis

nière ; comme elle est tirée du buis , on lui attribue quelque vertu médicinale. Voici la manière de faire la cire punique. Après avoir exposé plusieurs fois à l'air de la cire jaune, on la fait bouillir dans de l'eau marine puisée en haute mer, en y ajoutant du nitre. On enlève avec des cuillers la fleur, ou la partie la plus blanche de la cire, et on la verse dans un vase où il y ait un peu d'eau froide ; on la fait recuire à part avec de l'eau marine, après quoi on laisse refroidir le vaisseau. Cette opération se réitère jusqu'à trois fois ; on expose ensuite cette cire au soleil et à la lune sur une claie de jonc : la lune la blanchit, et le soleil la sèche. De peur qu'elle ne se fonde , on la couvre d'un linge fin. On la recuit encore une fois après qu'elle a été exposée au soleil ; alors elle est parfaitement blanche. Cette cire punique est très-utile en médecine. On noircit la cire en y mêlant de la cendre de papier ; on la rougit en y mêlant de l'*anchusa* (orcanette). On la teint encore en plusieurs autres couleurs. On s'en sert pour modeler les figures , et pour une foule d'autres usages, même pour vernir les murailles et les armes. Quant aux autres détails concernant le miel et les abeilles , nous en avons parlé en traitant de la nature de ces insectes. Voilà à peu près tout ce que nous avons à dire sur les jardins.

Herbes qui naissent spontanément : leur usage chez chaque nation , leur nature , leurs merveilles. Fraises , tamnus, ruscus : batis, deux espèces. Panais des prés ; houblon.

L. 15. Nous parlerons maintenant des plantes sauvages dont presque toutes les nations font usage pour leur nourriture , et particulièrement les Égyptiens. En effet , si l'Égypte est de tous les pays le plus fertile en blé,

carere possit : tanta est ciborum ex herbis abundantia. In Italia paucissimas novimus, fraga, tamnum, ruscum, batin marinam, batin hortensiam, quam aliqui asparagum gallicum vocant. Præter has pastinacam pratensem, lupum salictarium, eaque verius oblectamenta, quam cibos.

Colocasia.

LI. In Ægypto nobilissima est colocasia, quam cyamon aliqui vocant. Hanc e Nilo metunt, caule, quum coctus est, araneoso in mandendo : thyrso autem, qui inter folia emicat, spectabili : foliis latissimis, si arboris comparentur, ad similitudinem eorum quæ personata in nostris annibus vocamus. Adeoque Nili sui dotibus gaudent, ut implexis colocasiæ foliis in variam speciem vasorum, potare gratissimum habeant. Scritur jam hæc in Italia.

Cichorium : anthalium, ætum, arachidna, aracos, candryala, hypochæris, caucalis, anthriscum, scandix, parthenium, strychnum, corchorus ; aphace, acynopos, epipetron. Quæ nunquam floreant, quæ semper.

LII. In Ægypto proxima auctoritas cichorio est, quam diximus intubum erraticum. Nascitur post Vergilias. Floret particulatim. Radix ei lenta, quare etiam ad vin-

il est aussi presque le seul qui pourrait s'en passer, grâce à la multitude d'herbes alimentaires qu'il produit. L'Italie n'en connaît qu'un très-petit nombre, les fraises, le *tamnus*, le *ruscus*, le *batis* marin, le *batis* des jardins, appelé par quelques auteurs asperge des Gaules, le panais des prés et le houblon; encore ces différentes espèces sont-elles plutôt d'agréables hors-d'œuvres que des alimens proprement dits.

Colocasia.

LI. Le *colocasia*, appelé *cyamos* par quelques auteurs, est la plus célèbre des plantes égyptiennes de cette classe. Elle croît dans le Nil. Sa tige, mâchée cuite, se divise en fils semblables à ceux de l'araignée. La tête de cette tige est très-remarquable; elle sort d'entre les feuilles, qui sont très-grandes, même par comparaison avec celles des arbres, et analogues aux feuilles dites en masque, que nous voyons dans nos rivières. Les Égyptiens savent si bien profiter des avantages que leur procure le Nil, qu'avec des feuilles de colocasia, entrelacées, ils font différentes sortes de vases où ils prennent grand plaisir à boire. On cultive maintenant cette plante en Italie.

Cichorium : anthalium, œtum, arachidna, aracos, candryala, hypochœris, caucalis, anthriscum, scandix, parthenium, strychnum, corchorus; aphace, acynopos, epipetron. Plantes qui ne fleurissent jamais; autres qui fleurissent toujours.

LII. Après le colocasia, les Égyptiens estiment singulièrement le *cichorium*, que nous avons nommé endive sauvage. Cette plante croît après le lever des Pléiades;

cula utuntur illa. Anthalium longius a flumine nascitur, mespili magnitudine et rotunditate, sine nucleo, sine cortice, folio cyperi. Mandunt igni paratum : mandunt et cœtum, cui pauca folia minimaque, verum radix magna. Arachidna quidem et aracos, quum habent radices ramosas ac mutiplices, nec folium, nec herbam ullam, aut quidquam aliud supra terram habent. Reliqua vulgarium in cibis apud eos herbarum nomina, candryala, hypochœris, et caucalis, anthriscum, scandix, quæ ab aliis tragopogon vocatur, foliis croco simillimis : parthenium, strychnum, corchorus, et æquinoctio nascens aphace, acinos : epipetron vocant, quæ numquam floret. At e contrario aphace subinde marcescente flore emittit alium, tota hieme, totoque vere, usque in æstatem.

Cneci genera iv.

LIII. Multas præterea ignobiles habent : sed maxime celebrant cnicon Italiæ ignotam, ipsis autem oleo, non cibo gratam. Hoc faciunt e semine ejus. Differentia prima, silvestris et sativæ. Silvestrium duæ species : una mitior est, simili caule, tamen rigido : itaque et colu antiquæ mulieres utebantur ex illis :

ses différentes parties fleurissent successivement. Sa racine est souple et flexible, aussi l'emploie-t-on pour faire des liens. L'*anthalium* croît à quelque distance du fleuve; ses feuilles sont semblables à celles du *cyperus*; son fruit est rond et de la grosseur d'une nêfle, sans noyau et sans écorce. Les Égyptiens le mangent cuit : ils mangent aussi l'*æton*; cette plante n'a que peu de feuilles, encore sont-elles fort petites; mais sa racine est grosse. L'*arachidna* et l'*aracos* ont des racines nombreuses et partagées en plusieurs rameaux, mais ne produisent hors de terre ni feuilles, ni herbes, ni autre chose quelconque. Les autres plantes dont les Égyptiens usent d'ordinaire comme d'aliment sont, le *candryala*, l'*hypochœris*, le *caucalis*, l'*anthriscum*, le *scandix*, appelé par d'autres *tragopogon*; ses feuilles ressemblent parfaitement à celles du safran; le *parthenium*, le *strychnum*, le *corchorus*, l'*aphace*, qui se montre à l'équinoxe de mars; l'*acinos* et l'*epipetron*, qui ne fleurit jamais; l'*aphace*, au contraire, fleurit pendant tout l'hiver et tout le printemps, jusqu'à l'été : lorsqu'une fleur se flétrit, une autre lui succède aussitôt.

Cnecos, quatre espèces.

LIII. Les Égyptiens ont encore un grand nombre d'espèces moins connues; ils vantent surtout le *cnicos*, inconnu en Italie. Ils n'en usent point pour aliment, mais ils expriment de sa graine une huile qu'ils trouvent fort bonne. Il y a deux sortes de *cnicos*, le cultivé et le sauvage : ce dernier se subdivise en deux espèces; l'une est moins hérissée de pointes; sa tige est droite et égale, de sorte qu'anciennement les Égyptiennes en faisaient

quare quidam atractylida vocant. Semen ejus candidum et grande, amarum. Altera hirsutior, torosiore caule, et qui pæne humi serpat, minuto semine. Aculeatarum generis hæc est : quoniam distinguenda sunt et genera.

Aculeati generis herbæ : eryngion, glycyrrhiza, tribulus, ononis, pheos sive stœbe, hippophaes.

LIV. Ergo quædam herbarum spinosæ sunt, quædam sine spinis. Spinosarum multæ species. In totum spina est asparagus, scorpio : nullum enim folium habet. Quædam spinosa, foliata sunt, ut carduus, eryngion, glycyrrhiza, urtica. Iis enim omnibus foliis inest aculeata mordacitas. Aliqua et secundum spinam habent folium, ut tribulus, et ononis. Quædam in folio habent et in caule, ut pheos, quod aliqui stœben appellavere. Hippophaes spinis geniculatum : tribulo proprietas, quod et fructum spinosum habet.

Urticæ genera iv. Lamium, scorpio.

LV. Ex omnibus his generibus urtica maxime noscitur, acetabulis in flore purpuream lanuginem fundentibus, sæpe altior binis cubitis. Plures ejus differentiarum : silvestris, quam et feminam vocant : mitiorque. Et in silvestri, quæ dicitur canina, acrior, caule quoque mordaci, fimbriatis foliis. Quæ vero etiam odorem

des quenouilles : c'est aussi pour cette raison qu'on lui a donné le nom d'*attractylis*. Sa graine est grosse, blanche et amère. L'autre espèce est plus hérissée ; sa tige est plus forte , plus grosse et presque rampante ; sa graine est petite. Ajoutons que le enicos est du genre des plantes épineuses , car la distinction des genres est nécessaire.

Herbes à aiguillon : eryngion , glycyrrhiza , tribulus , ononis , pheos ou stœbe , hippophaes.

LIV. Il y a des plantes qui sont épineuses , et d'autres qui ne le sont point. Les épineuses comptent un grand nombre d'espèces. L'asperge et le *scorpio* sont totalement épineux , car ils n'ont point de feuilles ; d'autres plantes sont épineuses, quoique pourvues de feuilles, comme le chardon , l'*eryngion* , la *glycyrrhiza* , l'ortie , car elles ont toutes des feuilles piquantes ou mordicantes ; d'autres ont des pointes près des feuilles, comme le *tribulus* et l'*ononis* ; d'autres ont la tige et la feuille épineuses , comme le *pheos* , appelé aussi *stœbe* ; l'*hippophaes* a ses épines sur les nœuds ; le *tribulus* a cela de particulier , que son fruit même est épineux.

Orties , quatre espèces. *Lamium* , *scorpio*.

LV. De toutes les herbes épineuses , la plus connue est l'ortie ; du calice de ses fleurs sort une espèce de bourre purpurine. L'ortie a souvent plus de deux coudées de hauteur. On en distingue plusieurs espèces : l'ortie sauvage ou femelle , qui n'est pas si piquante ; l'ortie sauvage, appelée *canina*, pique davantage ; sa tige même est mordicante ; ses feuilles sont dentelées. L'ortie odorante s'appelle *herculanea*. Toutes les orties ont des

fundit, Herculanea vocatur. Semen omnibus copiosum, nigrum. Mirum sine ullis spinarum aculeis lanuginem ipsam esse noxiam, et tactu tantum leni pruritus, pusulasque confestim adusto similes existere. Notum est et remedium olei. Sed mordacitas non protinus cum ipsa herba gignitur, nec nisi solibus roborata. Incipiens quidem ipsa nasci vere, non ingrato, multis etiam religioso in cibo est, ad pellendos totius anni morbos. Silvestrium quoque radix omnem carnem teneriorem facit, simulque cocta innoxia est. Morsu carens, lammium vocatur. De scorpione dicemus inter medicas.

Carduus, acorna, sive phonos, leucacanthos. Chalceos, cnecos, polyacanthos, onopyxos, helxine, scolymos. Chamæleon, tetralix, acanthice mastiche.

LVI. 16. Carduus et folia et caules spinosæ lanuginis habet. Item acorna, leucacanthos, chalceos, cnecos, polyacanthos, onopyxos, helxine, scolymos. Chamæleon in foliis non habet aculeos. Est et illa differentia, quod quædam in iis multicaulia ramosaque sunt, ut carduus. Uno autem caule, nec ramosum, cnecos. Quædam cacumine tantum spinosa sunt, ut eryngium. Quædam æstate florent, ut tetralix, et helxine. Scolymus quoque floret sero et diu. Acorna colore tantum rufo distinguitur, et pinguiore succo. Idem erat atractylis quoque, nisi candidior esset, et nisi sanguineum succum

graines noires et nombreuses. Ce qu'il y a de singulier, c'est que, sans pointes ni épines, la bourre de ces plantes est si piquante, que, pour peu qu'on la touche, elle excite des démangeaisons, et fait lever aussitôt des ampoules comme dans la brûlure. On sait que l'huile est un remède à ce mal. Toutefois, l'ortie n'est pas piquante lorsqu'elle est jeune ; elle ne le devient qu'après s'être fortifiée par la chaleur du soleil. Au printemps, lorsqu'elle commence à pousser, elle forme un mets assez agréable ; des gens superstitieux en mangent même, dans la persuasion qu'ils seront exempts de maladies tout le reste de l'année. La racine d'ortie sauvage, cuite avec la viande, la rend plus tendre et ne fait point de mal. L'ortie qui ne pique pas s'appelle *lamium*. Nous parlerons du *scorpio* en traitant des vertus médicinales des plantes.

Chardon, acorna ou phonos, leucacanthos. Chalceos, cnicos, polyacanthos, onopyxos, helxine, scolymos. Chamæleon, tetralix, acanthice mastiche.

LVI. 16. Le chardon a les feuilles et les tiges garnies d'épines enveloppées d'une espèce de bourre ; il en est de même de l'*acorna*, du *leucacanthos*, du *chalceos*, du *cnicos*, du *polyacanthos*, de l'*onopyxos*, de l'*helxine* et du *scolymus*. Le *chamæleon* n'a point de piquans sur les feuilles. On distingue encore les espèces à des caractères particuliers : les unes ont plusieurs tiges qui se partagent en rameaux, comme le chardon ; les autres n'ont qu'une seule tige et point de rameaux, comme le *cnicos* ; d'autres n'ont d'épines qu'à la cime, comme l'*eryngion* ; quelques-unes ne fleurissent qu'en été, comme le *tetralix* et l'*helxine* ; le *scolymus* a la fleur tardive, mais de longue durée ; l'*acorna* ne s'en distingue que

funderet. Qua de causa phonos vocatur a quibusdam, odore etiam gravis, sero maturescente semine, nec ante autumnum : quamquam id de omnibus spinosis dici potest. Verum omnia hæc et semine et radice nasci possunt. Scolymus carduorum generis ab iis distat, quod radix ejus vescendo est decocta. Mirum, quod sine intervallo tota æstate aliud floret in eo genere, aliud concipit, aliud parturit. Aculei arescente folio desinunt pungere. Helxine rara visu est, neque in omnibus terris : est a radice foliosa, ex qua media veluti malum extuberat, contectum sua fronde. Hujus vertex summus lacrymam continet jucundi saporis, acanthicen mastichen appellatam.

Ectacus, sive cactus, pternix, pappus, ascalia.

LVII. Et cactus quoque in Sicilia tantum nascitur, suæ proprietatis et ipse : in terra serpunt caules, a radice emissi, lato folio et spinoso. Caules vocant cactus : nec fastidiunt in cibis, inveteratos quoque. Unum caulem rectum habent, quem vocant pternica, ejusdem suavitatis, sed vetustatis impatientem. Semen ei lanuginis, quam pappon vocant : quo detracto et cortice, teneritas similis cerebro palmæ est : vocant ascalian.

par sa couleur rousse et son suc plus gras. On prendrait l'*atractylis* pour un acorna, s'il n'était plus blanc, et ne rendait un suc rouge comme du sang : voilà pourquoi on lui a donné le nom de *phonos*. Il a l'odeur forte; ses graines mûrissent tard, et seulement en automne, ce qui, du reste, lui est commun avec toutes les plantes épineuses. Toutes proviennent de graine et de rejeton. Le scolymus, qui appartient au genre des chardons, en diffère, en ce que sa racine cuite est employée pour la table. Ce qui mérite d'être remarqué dans cette espèce, c'est que, pendant tout l'été, elle porte sans discontinuer des fleurs, des bourgeons et des fruits; lorsque sa feuille est sèche, les piquans n'ont plus de force. L'helxine est rare et ne se trouve pas dans tous les pays; ses feuilles partent de la racine, du milieu de laquelle sort une tête en forme de pomme, enveloppée dans des feuilles particulières : au plus haut de sa cime elle contient une sorte de gomme d'un goût agréable, qu'on appelle *acanthice mastiche* (mastic d'épine).

Ectacus ou cactos, pternix, aigrette, ascalia.

LVII. Le *cactos* est une plante d'un genre particulier, et qui ne vient qu'en Sicile. Sa feuille est large et épineuse; ses tiges sont rampantes et prennent le même nom que la plante. Elles ne sont point dédaignées comme aliment, même lorsqu'elles ont été gardées quelque temps. Parmi les tiges, il en est une qu'on appelle *pternix*, et qui demeure droite; elle est d'aussi bon goût que les autres, mais elle ne se garde pas. Le fruit est garni d'une bourre nommée *pappos* (aigrette). Si l'on ôte cette bourre et l'écorce, on trouve ce fruit aussi tendre que la moelle du palmier : on l'appelle *ascalia*.

Tribulus : ononis.

LVIII. Tribulus non nisi in palustribus nascitur, dirares alibi, juxta Nilum et Strymonem amnes excipitur in cibus, inclinatus in vadum, folio ad effigiem ulmi, pediculo longo. At in reliquo orbe genera duo : uni cicerculæ folia, alteri aculeata. Hic et serius floret, magisque septa obsidet villarum. Semen ei rotundius, nigrum, in siliqua : alteri arenaceum. Spinosorum etiamnum aliud genus ononis. In ramis enim spinas habet, adposito folio rutæ simili, toto caule foliata in modum coronæ : sequitur a frugibus, aratro inimica, vivaxque præcipue.

Herbarum genera per caules. Coronopus : anchusa, anthemis, phyllanthes, crepis, lotos.

LIX. Aculeatarum caules aliquarum per terram serpunt, ut ejus quam coronopum vocant. E diverso stant, anchusa inficiendo ligno cerisque radice apta, et e mitioribus anthemis, et phyllanthes, et anemone, et aphace. Caule foliato est et crepis, et lotos.

Tribulus (macre); ononis (arrête-bœuf).

LVIII. La macre ne croît que dans les lieux marécageux ; ailleurs ce serait un présage funeste. Sur les bords du Strymon et du Nil, on l'emploie comme aliment. Elle penche toujours vers le fond de l'eau. Sa feuille, semblable à celle de l'orme, est attachée à un long pédicule. Dans les autres pays, on en connaît deux espèces ; l'une a les feuilles du *cicercula*, l'autre a les siennes garnies de piquans. Cette dernière fleurit plus tard que l'autre, et se rencontre plus fréquemment dans les haies des métairies. Sa graine est ronde, noire et renfermée dans une gousse. L'*ononis* est une autre espèce de plante épineuse : elle a la tige garnie de piquans ; ses feuilles, placées auprès, sont semblables à celles de la rue, et enveloppent toute la tige comme une couronne. Cette plante vient après les blés. Elle incommodé beaucoup les laboureurs, car elle est très-vivace et difficile à extirper.

Des espèces herbacées classées d'après leurs tiges. Coronopus :
orcanette, anthémide, phyllanthe, crépide, lotos.

LIX. Il y a des plantes épineuses qui ont la tige rampante ; de ce nombre est le *coronopus*. D'autres, au contraire, ont la tige droite, comme l'orcanette, dont la racine sert à teindre le bois et la cire ; et, parmi les plantes moins rudes, l'*anthesis*, le *phyllanthes*, l'anémone et l'*aphace*. Le *crepis* et le *lotos* ont la tige foliacée.

Differentiæ herbarum per folia. Quæ particulatim floreat: quibus folia non decidant: heliotropium, adiantum.

LX. Differentia foliorum et hic quæ in arboribus, brevitate pediculi ac longitudine, angustis ipsius folii, amplitudine, angulis, incisuris, odore, flore. Diuturnior hic quibusdam per partes florentibus, ut ocimo, heliotropio, aphaecæ, onochili. Multis inter hæc æterna folia, sicut quibusdam arborum, in primisque heliotropio, adianto, polio.

Spicatarum genera. Stanyopos, alopecuros, stelephuros, sive ortyx, sive plantago. Thryallis.

LXI. 17. Aliud rursus spicatarum genus, ex quo est cynops, alopecuros, stelephuros (quam quidam ortygem vocant, alii plantaginem, de qua plura dicemus inter medicas), thryallis. Ex iis alopecuros spicam habet mollem, et lanuginem densam, non dissimilem vulpium caudis, unde ei et nomen. Proxima est ei et stelephuros, nisi quod illa particulatim floret. Cichorion, et similia, circa terram folia habent, germinantibus ab radice post Vergilias.

Perdicium. Ornithogale.

LXII. Perdicium et aliæ gentes, quam Ægyptii, edunt:

Différence des herbes d'après leurs feuilles. Herbes qui fleurissent par portion ; autres dont les feuilles ne tombent point ; héliotrope , *adiantum*.

LX. Les feuilles des herbes, comme celles des arbres, diffèrent entre elles par le plus ou moins de longueur du pédicule, par la largeur, la grandeur, les angles et les découpures. Les herbes diffèrent encore par l'odeur et par la fleur ; celles dont la floraison n'est pas simultanée restent fleuries plus long-temps ; tels sont l'*ocimum*, l'héliotrope, l'*aphaca* et l'*onochili*. Plusieurs herbes, de même que certains arbres, gardent perpétuellement leurs feuilles ; par exemple, l'héliotrope, l'*adiantum*, le *polium*.

Plantes en épis, leurs espèces. *Stanyopos*, *alopecurus*, *stelephuros* ou *ortyx*, autrement *plantago*. *Thryallis*.

LXI. 17. Les plantes à épis forment un autre genre, dans lequel on range le *cynops*, l'*alopecurus*, le *stelephuros*, appelé aussi *ortyx* ou *plantago* (nous en parlerons en traitant des plantes médicinales), et le *thryallis*. L'*alopecurus* a un épi mou et garni d'un duvet serré. Sa ressemblance avec une queue de renard lui en a fait donner le nom. Le *stelephuros* est semblable à l'espèce précédente, excepté qu'il ne fleurit pas successivement comme elle. Dans la chicorée et les herbes congénères, les feuilles sont près de terre, et sortent de la racine après le lever des Pléiades.

Perdicium. Ornithogale.

LXII. Outre les Égyptiens, d'autres peuples encore

nomen dedit avis, id maxime eruens. Crassas plurimasque habet radices. Item ornithogale, caule tenero, candido, semipedali radice, bulbosa, molli, tribus aut quatuor agnatis. Coquitur in pulve.

Post annum nascentes : a summo florentes : item ab imo.

LXIII. Mirum, loton herbam, et ægilopa, non nisi post annum e semine suo nasci. Mira et anthemidis natura, quod a summo florere incipit, quum ceteræ omnes, quæ particulatim florent, ab ima sui parte incipiant.

Lappa, herba quæ intra se parit. Opuntia, e folio radicem faciens.

LXIV. Notabile et in lappa, quæ adhærescit, quoniam in ipsa flos nascitur, non evidens, sed intus occultus, et intra seminat, velut animalia, quæ in se pariunt. Circa Opuntem opuntia est herba, etiam homini dulcis. Mirumque e folio ejus radicem fieri, ac sic eam nasci.

Jasione, condrylla, picris, quæ toto anno floret.

LXV. Iasione unum folium habet, sed ita implicatum,

mangent le *perdicium* ; la perdrix , qui aime à l'arracher de terre , lui a donné son nom. Il a des racines nombreuses et épaisses. L'*ornithogale* a la tige tendre , blanche , et d'un demi-pied de hauteur. Sa racine est bulbeuse, molle, et accompagnée de trois à quatre autres bulbes. On fait cuire cette plante dans les potages.

Plantes qui naissent au bout de l'an. De celles dont la floraison commence par en haut. De celles dont la floraison commence par en bas.

LXIII. C'est une chose étonnante que le *lotos* et l'*ægilops* ne lèvent qu'un an après qu'ils ont été semés. L'*anthemis* n'est pas moins singulier ; il commence à fleurir par la cime, tandis que les autres plantes, qui épanouissent leurs fleurs successivement, commencent toutes à fleurir par le pied.

Lappa, herbe qui produit au dedans d'elle-même. Opuntia, dont la feuille fournit des racines.

LXIV. Le *lappa*, qui s'attache à tout, tient, par une singularité remarquable, ses fleurs toujours cachées et invisibles ; ainsi la graine se produit dans l'intérieur de la plante, qui ressemble, sous ce rapport, à ces animaux dont les œufs n'éclosent qu'au dedans du corps. Près de la ville d'Oponte croît l'*opuntia* ; cette plante est un aliment agréable, même pour l'homme. Un fait étonnant, c'est qu'il suffit, pour la multiplier, d'en planter une feuille, qui prend bientôt racine.

Jasione, condrylla, picris, qui fleurit l'année entière.

LXV. L'*iasione* n'a qu'une feuille, mais tellement

ut plura videantur. Condrylla amara est, et acris in radice succi. Amara et aphace, et quæ picris nominatur, et ipsa toto anno florens : nomen ei amaritudo imposuit.

Quibus flos, antequam caules exeant : quibus caulis, antequam flos exeat : quæ ter floreat.

LXVI. Notabilis et scillæ crocique natura, quod quum omnes herbæ folium primum emittant, mox in caulem rotudentur, in iis caulis prior intelligitur, quam folium. Et in croco quidem flos impellitur caule : in scilla vero caulis exit, deinde flos ex eo emergit. Eademque ter floret, ut diximus, tria tempora arationum ostendens.

Cypios, medicinæ VIII. Thesion.

LXVII. Bulborum generi quidam adnumerant et cypiri, hoc est, gladioli, radicem. Dulcis ea est, et quæ decocta panem etiam gratiorem faciat, ponderosiorumque simul subacta. Non dissimilis est et quæ thesion vocatur, gustu aspera.

Asphodelus, sive hastula regia. Anthericon.

LXVIII. Ceteræ ejusdem generis folio differunt. Asphodelus oblongum et angustum habet, scilla latum et

entortillée, qu'il paraît en avoir plusieurs. Le *condrylla* est amer, et le suc de sa racine est âcre. L'aphace est pareillement amer ; il en est de même du picris : ce dernier fleurit toute l'année, et doit son nom à son extrême amertume.

Plantes dont les fleurs paraissent avant la tige ; autres dont la tige paraît la première ; plantes à triple floraison.

LXVI. La scille et le safran présentent une singularité remarquable. Toutes les autres herbes produisent d'abord des feuilles, et ensuite une tige arrondie ; ces deux espèces, au contraire, font paraître leur tige avant leurs feuilles, avec cette différence néanmoins que, dans le safran, la fleur se montre avant la tige, et que, dans la scille, la tige paraît d'abord, et produit ensuite la fleur. De plus, la scille fleurit trois fois dans l'année, comme nous l'avons dit, et indique ainsi les trois époques du labourage.

Du cypiros et des huit remèdes qu'il fournit. *Thesion*.

LXVII. Quelques auteurs rangent parmi les bulbes la racine du *cypirus* ou glaïeul. Cette racine est douce ; cuite et pétrie dans la pâte, elle rend le pain plus pesant et d'un meilleur goût. Le *thesion* ressemble assez au glaïeul, mais il est âpre au goût.

Asphodèle ou *hastula regia*. *Anthericon*.

LXVIII. Les autres plantes bulbeuses diffèrent entre elles par leurs feuilles. L'asphodèle a la feuille longue

tractabile, gladiolus simile nomini. Asphodelus manditur, et semine tosto, et bulbo : sed hoc in cinere tosto, dein sale et oleo addito : præterea tuso cum ficis, præcipua voluptate, ut videtur Hesiodo. Traditur et ante portas villarum satum, remedio esse contra veneficiorum noxiam. Asphodeli mentionem et Homerus fecit. Radix ejus napis modicis similis est : neque alia numerosior, LXXX simul acervatis sæpe bulbis. Theophrastus, et fere Græci, princepsque Pythagoras, caulem ejus cubitalem, et sæpe duum cubitorum, foliis porri silvestris anthericon vocavere : radicem vero, id est, bulbos, asphodelon. Nostri illud albucum vocant, et asphodelum hastulam regiam, caulis acinosi : ac duo genera faciunt. Albuco est scapus cubitalis, amplus, purus, lævis. De quo Mago præcipit, exitu mensis martii, et initio aprilis, quum floruerit, nondum semine ejus intumescente, demetendum : findendosque scapos, et quarto die in solem proferendos : ita siccatis manipulos faciendos. Idem pistanam dicit a Græcis vocari, quam inter ulvas sagittam appellamus. Hanc ab idibus maii usque ad finem octobris mensis decorticari, atque leni sole siccari jubet. Idem et gladiolum alterum, quem cypiron vocant, et ipsum palustrem, julio mense toto secari jubet ad radicem, tertioque die in sole siccari, donec candidus fiat. Quotidie autem ante solem

et étroite; celle de la scille est large et souple; celle du glaïeul est en forme d'épée, ce qui a valu à la plante son nom latin (*gladiolus*). La graine d'asphodèle se mange rôtie; on mange aussi le bulbe, mais cuit sous la cendre, puis assaisonné avec du sel et de l'huile; broyé avec des figues, il fournit, suivant Hésiode, un mets délicat. Planté devant la porte des métairies, il empêche, dit-on, les mauvais effets des sortilèges. Homère aussi parle de l'asphodèle. Ses bulbes ressemblent à de petits navets, et nulle plante n'en a un aussi grand nombre; on en compte souvent quatre-vingts ramassés ensemble. Les feuilles de l'asphodèle sont semblables à celles du porreau sauvage; sa tige est haute d'une coudée, et souvent de deux: Théophraste, presque tous les auteurs grecs, et Pythagore à leur tête, l'appellent *anthericon*, et la racine, c'est-à-dire les bulbes, *asphodelos*. Les Latins, qui reconnaissent deux sortes d'asphodèles, appellent la tige *albucus*, et la racine *hastula regia*. L'albucus, ou la tige, porte une graine ronde; elle est haute d'une coudée, grosse, lisse et unie. Magon recommande de la cueillir à la fin de mars et au commencement d'avril, après qu'elle a fleuri, et avant que la graine grossisse; de la fendre ensuite, de l'exposer ainsi au soleil le quatrième jour, et de la mettre en petites bottes lorsqu'elle sera sèche. Le même auteur dit que les Grecs appellent *pistana* la plante aquatique que les Latins appellent *sagitta*. Il veut qu'on la cueille depuis les ides de mai jusqu'à la fin d'octobre, et qu'après l'avoir pelée, on la fasse sécher à un soleil doux. Il veut encore que, pendant tout le mois de juillet, on coupe jusqu'à la racine l'autre espèce de glaïeul appelée *cypros*, qui croît aussi dans les marais; qu'on l'expose

occidentem in tectum referri, quoniam palustribus de-
sectis nocturni rores noceant.

Junci genera VI. Medicinæ IV.

LXIX. 18. Similia præcipit et de junco, quem ma-
riscon appellat, ad texendas tegetes : et ipsum junio
mense eximi ad julium medium præcipiens. Cetera de
siccando, eadem quæ de ulva suo loco diximus. Alterum
genus juncorum facit, quod marinum, et a Græcis
oxyschœnon vocari invenio. Tria genera ejus : acuti,
sterilis, quem marem, et oxyu Græci vocant : reliqua
feminini, ferentis semen nigrum, quem melancranin
vocant. Crassior hic et fruticosior : magisque etiamnum
tertius, qui vocatur holoschœnos. Ex his melancranis
sine aliis generibus nascitur. Oxy autem et holoschœnos
eodem cespite. Utilissimus ad vitilia holoschœnos, quia
mollis et carnosus est. Fert fructum ovorum cohæren-
tium modo. Nascitur autem is, quem marem appellavi-
mus, ex semetipso, cacumine in terram defixo : melan-
cranis autem suo semine. Alioqui omnium radices
omnibus annis intermoriuntur. Usus ad nassas marinas,
vitilium elegantiam, lucernarum lumina, præcipua me-
dulla, amplitudine juxta maritimas Alpes tanta, ut
inciso ventre impleant pæne unciarum latitudinem : in

au soleil le troisième jour, et jusqu'à ce qu'il devienne blanc. On devra le rentrer tous les jours avant le soleil couché, car la rosée de la nuit fait tort aux herbes des marais, une fois qu'elles sont coupées.

Jonc, six espèces; des quatre remèdes qu'on en tire.

LXIX. 18. Il recommande les mêmes précautions pour le jonc, qu'il appelle *mariscus*, et qui sert à faire des nattes; il veut qu'on le cueille pendant le mois de juin jusqu'au milieu de juillet. Pour la manière de le sécher, elle est la même que celle qui a été déjà prescrite pour l'algue des marais. Il fait un genre particulier du jonc marin, que les Grecs appellent *oxyschænos*. Il y en a trois espèces: l'une est le jonc aigu, en grec *oxys*; elle est stérile; nous l'appelons jonc mâle: l'autre est un jonc femelle qui porte une graine noire, et que les Grecs appellent *melanranis*; il est plus gros et plus rameux que le précédent, mais moins que la troisième espèce, nommée *holoschænos*. Le *melanranis* croît à part; mais l'*oxys* et l'*holoschænos* viennent sur la même motte de terre. L'*holoschænos* se prête le mieux aux différens ouvrages pour lesquels on veut l'employer, car il est souple et charnu. Il porte ses graines attachées ensemble comme les œufs de certains animaux aquatiques. On multiplie le jonc mâle en plantant ses sommités. Le *melanranis* vient de graine. Quant aux racines de toutes les espèces, elles meurent chaque année. Les joncs servent à faire des nasses de pêcheur et de très-jolis ouvrages; leur moelle, surtout, est propre pour les lampes. Les joncs qui croissent au pied des Alpes maritimes sont si gros, qu'ils ont près d'un pouce de diamètre.

Ægypto vero cribrorum longitudinem, non aliis utiliorem.

Quidam etiamnum unum genus faciunt junci trianguli : cyperon vocant. Multi vero non discernunt a cypro vicinitate nominis. Nos distinguemus utrumque. Cypirus est gladiolus, ut diximus, radice bulbosa, laudatissimus in insulis Creta, dein Naxo, et postea in Phœnice. Cretico candor odorque vicinus nardo, Naxio acrior, Phœnicio exiguum spirans, nullus Ægyptio. Nam et ibi nascitur. Discutit duritias corporum. Jam enim remedia dicemus : quoniam et florum odorumque generi est magnus usus in medicina.

Quod ad cypiron attinet, Apollodorum quidem sequar, qui negabat bibendum : quamquam professus efficacissimum esse adversus calculos, os eo fovet. Feminis quidem abortus facere non dubitat. Mirumque tradit, barbaros suffitum hujus herbæ excipientes ore, lienes consumere : et non egredi domibus, nisi ab hoc suffitu : vegetiores enim firmioresque sic etiam in dies fieri. Intertriginum et alarum vitiiis, perfrictionibusque cum oleo illitum, non dubie mederi.

Celui des jones marins d'Égypte égale la largeur d'un crible , mais cette grosseur démesurée ne rend pas les jones plus utiles.

Quelques auteurs font une espèce particulière du jone triangulaire , appelé *cyperus* : plusieurs , trompés par la ressemblance du nom , ne le distinguent pas du *cypirus* ; mais nous ne confondrons pas ces deux plantes. Le *cypirus* , comme nous l'avons dit , n'est autre chose que le glaïeul à racine bulbeuse ; celui de Crète est le meilleur , ensuite celui de Naxos , puis celui de Phénicie. Le *cypirus* de Crète est blanc , et son odeur approche de celle du nard ; celui de Naxos a l'odeur âcre ; celui de Phénicie est peu odorant ; celui d'Égypte ne l'est pas du tout , car il croît aussi dans cette contrée. Comme les fleurs et les plantes aromatiques sont d'un usage très-fréquent en médecine , nous allons dès ce moment indiquer leurs vertus médicinales.

Le *cypirus* résout les tumeurs dures. Au surplus , pour ce qui regarde cette plante , je suivrai Apollodore , qui en interdisait l'usage à l'intérieur ; toutefois , comme il lui reconnaît une vertu bien prononcée contre les calculs , il permet qu'on s'en gargarise la bouche. Il ne doute point qu'il ne provoque l'avortement. Il cite un fait singulier , c'est que les barbares se délivrent des maux de rate en recevant par la bouche le parfum de cette plante brûlée ; jamais ils ne sortent sans avoir aspiré ce parfum , qui les rend chaque fois plus forts et plus vigoureux. Il ajoute que le *cypirus* , appliqué avec de l'huile , est un remède assuré pour les écorchures et la mauvaise odeur des aisselles.

Cyperus, medicinæ XIV. Cyperis, cypira.

LXX. Cyperos juncus est, qualiter diximus, angulosus, juxta terram candidus, cacumine niger, pinguisque. Folia ima porraceis exiliora, in cacumine minuta, inter quæ est semen. Radix olivæ nigræ similis, quam, quum oblonga est, cyperida vocant, magni in medicina usus. Laus cypero prima Ammoniaco, secunda Rhodio, tertia Theræo, novissima Ægyptio: quod et confundit intellectum, quoniam et cypiros ibi nascitur. Sed cypiros durissima, vixque spirans. Ceteris odor et ipsis nardum imitans. Est et per se Indica herba, quæ cypira vocatur, zingiberis effigie: comman-ducata croci vim reddit. Cypero vis in medicina psilothri. Illinitur pterygiis, ulceribusque genitalium, et quæ in humore sunt omnibus, sicut oris ulceribus. Radix adversus serpentium ictus, et scorpionum, præsentis remedio est. Vulvas aperit pota. Largiori tanta vis, ut expellat eas. Urinam ciet, et calculos, ob id utilissima hydropicis. Illinitur et ulceribus, quæ serpunt, sed his præcipue, quæ in stomacho sunt, ex vino vel aceto illita.

Cyperus , quatorze remèdes. Cyperis , cypira.

LXX. Le *cyperus* , comme nous l'avons dit, est un jonc anguleux, blanc vers le bas, noir et gros au sommet. Les feuilles inférieures sont plus grêles que celles du porreau ; les supérieures sont très-menues, et c'est entre elles qu'est la graine. La racine ressemble à une olive noire ; si elle est un peu longue, on la nomme *cyperis* ; celle-ci est d'un grand usage en médecine. Le *cyperus* le plus estimé croît aux environs du temple de Jupiter Ammon ; vient ensuite celui de Rhodes, puis celui de Théra, et enfin celui d'Égypte, où croît le *cypirus*. La ressemblance de nom a fait confondre ces deux plantes, mais le *cypirus* est extrêmement dur et n'a presque pas d'odeur, au lieu que toutes les espèces de *cyperus* ont une odeur qui approche de celle du nard. Il y a aussi une plante de l'Inde qu'on appelle *cypira* : elle ressemble extérieurement au *zingiber* ; mâchée, elle a le goût du safran. En médecine, le *cyperus* est employé comme dépilatoire : on l'applique sur les excroissances des ongles, sur les ulcères des parties naturelles, et sur les ulcères humides quelconques, comme ceux de la bouche. La racine du *cyperus* est un remède infailible contre la morsure des serpens et la piqûre des scorpions. Prise à l'intérieur, elle dissipe les obstructions de la matrice ; mais prise à trop haute dose, elle cause la chute de la matrice même. Elle provoque l'urine et expulse les graviers de la vessie ; aussi est-elle fort bonne pour l'hydropisie. On l'applique sur les ulcères rongeurs, et surtout sur ceux de l'estomac, avec du vin et du vinaigre.

Holoschoenos.

LXXI. Junci radix in tribus heminis aquæ decocta ad tertias, tussi medetur. Semen tostum et in aqua potum, sistit alvum, et feminarum menses. Capitis dolores facit, qui vocatur holoschoenos: ejus quæ proxima sunt radicis, commanducantur adversus araneorum morsus. Invenio etiamnum unum junci genus, quod curipicen vocant. Hujus semine somnum allici, sed modum servandum, ne sopor fiat.

Medicinæ ex junco odorato, sive teuchite, x.

LXXII. Ob id et odorati junci medicinæ dicentur, quoniam et in Syria Cœle (ut suo loco retulimus) nascitur. Laudatissimus ex Nabatæa, cognomine teuchites, proximus Babylonius, pessimus ex Africa, ac sine odore. Est autem rotundus, vinosæ mordacitatis ad linguam. Sincerus in confricando odorem rosæ emittit, rubentibus fragmentis. Discutit inflationes, ob id stomacho utilis, bilemque et sanguinem rejicientibus. Singultus sedat, ructus movet, urinam ciet, vesicæ medetur. Ad muliebres usus decoquitur. Opisthotonicis cum resina arida imponitur excafactoria.

Holoschœnos.

LXXI. La racine de jonc, bouillie dans trois hémines d'eau jusqu'à réduction des deux tiers, guérit la toux. La graine, rôtie et prise dans l'eau, arrête le cours de ventre et les menstrues. Le jonc appelé *holoschœnos* cause des douleurs de tête; mais on en mange les feuilles les plus proches de la racine, contre la morsure des araignées. Les auteurs parlent d'une autre espèce de jonc, qu'ils appellent *euripice*; sa graine provoque le sommeil, mais il faut en user modérément, car l'assouplissement deviendrait léthargique.

Dix remèdes fournis par le jonc odorant ou *teuchites*.

LXXII. A cette occasion, nous mentionnerons ici les propriétés médicinales du jonc odorant. Il croît aussi dans la Cœlé-Syrie, comme nous l'avons dit ailleurs. Le meilleur est celui du pays des Nabatéens; on l'appelle *teuchites*; ensuite celui de Babylone; le moins bon est celui d'Afrique: il n'a point d'odeur. Le jonc odorant est rond, et il a une certaine âpreté vineuse qui irrite la langue. On le reconnaît à son odeur de rose lorsqu'on le froisse dans la main: les morceaux doivent être rouges. Il dissipe les flatuosités; sous ce rapport, il est bon à l'estomac, et à ceux qui crachent le sang et la bile. Il apaise le hoquet, facilite l'éruclation, provoque les urines et guérit les maladies de la vessie. Les femmes emploient sa décoction. On l'applique, avec de la résine sèche qu'on a fait chauffer, pour l'opisthotone.

Medicinæ ex supradictis floribus : ex rosa, med. xxxii.

LXXIII. Rosa adstringit, refrigerat. Usus ejus dividitur in folia, et flores, et capita. Foliorum partes quæ candidæ, ungues vocantur : in flore aliud est semen, aliud capillus : in capite, aliud cortex, aliud calyx. Folium siccatur, aut tribus modis exprimitur. Per se, quum ungues non detrahuntur : ibi enim humoris plurimum. Aut cum detractis unguibus, reliqua pars aut oleo aut vino maceratur in sole vasis vitreis. Quidam et salem admiscent, et anchusam nonnulli, aut aspalthum, aut juncum odoratum : quia talis maxime prodest vulvæ ac dysentericis. Exprimuntur eadem folia detractis unguibus, trita per linteum spissum in æreum vas, lenique igni succus coquitur, donec fiat crassitudo mellis. Ad hoc eligi oportet odoratissima quæque folia.

19. Vinum quomodo fieret e rosa, diximus inter genera vini. Usus succi ad aures, oris ulcera, gingivas, tonsillas, gargarizatus, stomachum, vulvas, sedis vitia, capitis dolores. In febre per se, vel cum aceto ad somnos, nauseas. Folia uruntur in calliblepharum. Et siccis femina adsperguntur. Epiphoras quoque arida leniunt. Flos somnum facit. Inhibet fluxiones mulierum, maxime albas, in posca potus : et sanguinis exscreationes. Stomachi quoque dolores, quantum in vini cyathis tribus.

Remèdes tirés des fleurs ci-dessus nommées : de la rose, 32.

LXXIII. La rose est astringente et rafraîchissante. On emploie les pétales, les fleurs et les têtes. La partie blanche des pétales s'appelle l'onglet. Dans la fleur, on distingue la graine et les filamens; dans la tête, le bouton et le calice. On fait sécher les pétales, ou bien l'on en tire le suc; cette opération se fait de trois manières : la première, lorsqu'on les exprime seuls sans ôter l'onglet, car cette partie contient le plus de suc; la seconde, lorsqu'après avoir enlevé l'onglet des pétales, on les fait infuser, dans de l'huile ou du vin, exposés au soleil dans des bocaux de verre. On y ajoute quelquefois du sel, ou de l'orcanette, ou de l'aspalathe, ou du junc odorant, parce qu'alors c'est un remède excellent pour les maux de la matrice et la dysenterie. Enfin, après avoir enlevé l'onglet des pétales, on les broie, et on exprime le suc à travers un linge épais. Ce suc, reçu dans un vase de cuivre, est cuit ensuite, à feu doux, jusqu'à consistance de miel; mais pour cette préparation on doit choisir les pétales les plus odorans.

19. Nous avons indiqué, en parlant des différentes sortes de vin, la manière de faire du vin à la rose. Le suc de rose est bon pour les oreilles et l'estomac, pour les maux de la matrice et du fondement, et pour les douleurs de tête; on l'emploie en gargarisme pour les ulcères de la bouche, les fluxions des gencives et le gonflement des amygdales. Employé seul dans la fièvre, ou bien avec du vinaigre, il procure le sommeil et dissipe les nausées. La cendre des pétales sert pour embellir les paupières. Ces mêmes pétales pulvérisés s'appliquent contre l'intertrigo; secs, ils adoucissent les fluxions.

Semen his optimum crocinum, nec anniculo vetustius, et in umbra siccatur. Nigrum inutile. Dentium dolori illinitur. Urinam ciet. Stomacho imponitur. Item igni sacro non veteri. Naribus subductum caput purgat. Capita pota ventrem et sanguinem sistunt. Ungues rosæ epiphoris salubres. Ulcera enim oculorum rosa sorde-scunt, præterquam initiis epiphoræ, ita ut arida cum pane imponatur. Folia quidem vitiis stomachi, rosioni-bus et vitiis ventris, et intestinorum, et præcordiis uti-lissima, vel illita. Cibo quoque lapathi modo condiun-tur. Cavendus in his situs celeriter insidens.

Et aridis et expressis aliquis usus. Diapasmata inde fiunt ad sudores coercendos, ita ut a balineis inarescant corpori, dein frigida abluantur. Silvestris pilulæ cum adipe ursino alopecias mirifice emendant.

Ex lilio, XXI.

LXXIV. Liliæ radices multis modis florem suum no-bilitavere, contra serpentium ictus ex vino potæ, et

La fleur provoque le sommeil ; prise dans de l'oxycrat, elle arrête les écoulemens immodérés, surtout les flueurs blanches et les crachemens de sang ; dans quatre onces de vin, elle apaise les douleurs d'estomac. Quant à la graine de rose, la jaune est la meilleure, mais elle ne doit pas avoir plus d'un an, et il faut qu'elle ait été séchée à l'ombre ; celle qui est noire ne vaut rien. Employée en friction sur les dents, elle en calme la douleur : elle pousse les urines ; on l'applique sur l'estomac et sur les érysipèles récents. Flairée, elle purge le cerveau. Les têtes de roses, prises en breuvage, arrêtent le cours de ventre et les hémorrhagies. L'onglet des pétales est bon pour les fluxions. Néanmoins la rose rend sordides les ulcères des yeux, à moins qu'on ne l'applique dès le commencement de la fluxion, sèche et avec du pain. Les pétales, même appliqués seuls, sont très-bons pour les maux d'estomac, pour les douleurs et les tranchées du ventre et des intestins, et pour les affections du diaphragme et des hypochondres. On les mange confits, comme le *lapathum*. On doit les sécher avec soin, autrement ils moisissent bientôt.

Les pétales dont on a exprimé le suc ne sont pas inutiles étant desséchés. On en fait une poudre que l'on répand sur le corps au sortir du bain, pour empêcher la sueur. Quand cette poudre est sèche, on l'ôte avec de l'eau froide. La tête du rosier sauvage, avec de la graisse d'ours, est singulièrement utile pour l'alopecie.

Du lis, 21.

LXXIV. Le lis, célèbre par la beauté de sa fleur, ne l'est pas moins par l'utilité multipliée de ses oignons.

contra fungorum venena. Propter clavos pedum in vino decoquuntur, triduoque non solvuntur. Cum adipe aut oleo decoctæ, pilos quoque adustis reddunt. E mulso potæ inutilem sanguinem cum alvo trahunt. Lienique, et ruptis, vulsis prosunt, et mensibus feminarum. In vino vero decoctæ, impositæque cum melle nervis præcisis medentur. Lichenas, et lepras, et furfures in facie emendant. Erugant corpora. Folia in aceto cocta, vulneribus imponuntur : epiphoris testium, melius cum hyoscyamo et farina tritici. Semen illinitur igni sacro : flos et folia ulcerum vetustati. Succus qui flore expressus est, ab aliis mel vocatur, ab aliis syrium, ad emolliendas vulvas, sudoresque faciendos, et suppurationes concoquendas.

Ex narcisso, XVI.

LXXV. Narcissi duo genera in usu medici recipiunt. Unum purpureo flore, et alterum herbaceum. Hunc stomacho inutilem, et ideo vomitorium, alvosque solventem, nervis inimicum, caput gravantem, et a narce narcissum dictum, non a fabuloso puero. Utriusque radix mulsei saporis est. Ambustis prodest cum exiguo melle. Sic et vulneribus, et luxatis. Panis vero cum melle et avenæ farina. Sic et infixæ corpori extrahit. In

Pris dans du vin , ils sont bons contre la morsure des serpens et contre les champignons vénéneux. On les fait cuire dans du vin pour les cors aux pieds , et on les laisse appliqués pendant trois jours. Cuits dans la graisse ou dans l'huile , ils font renaître le poil des parties brûlées. Pris dans du vin miellé , ils évacuent le sang par le bas. Ils sont bons pour la rate , pour les ruptures et les spasmes , et aussi pour provoquer les règles. Cuits dans du vin et appliqués avec du miel , ils guérissent les coupures des nerfs. On les emploie utilement contre les dartres , la gale et les taches farineuses du visage. Ils dérident la peau. Les feuilles du lis , cuites dans le vinaigre , s'appliquent sur les plaies. Pour les fluxions des testicules , il vaut mieux les appliquer avec de la jusquiame et de la farine de froment. On applique la graine sur les érysipèles , la fleur et les feuilles sur les ulcères invétérés. Le suc exprimé de la fleur , appelé miel par quelques-uns , et *syrium* par d'autres , ramollit la matrice , excite la sueur , et mûrit les abcès.

Du narcisse . 16.

LXXV. Deux espèces de narcisses sont usitées en médecine : l'une a la fleur purpurine , l'autre de couleur herbacée. Cette dernière est contraire à l'estomac , car elle excite le vomissement , elle lâche le ventre , attaque les nerfs , et rend la tête pesante : aussi le nom de narcisse vient-il de *narce* , et non du jeune homme dont parle la fable. Les oignons de l'une et de l'autre espèce ont le goût mielleux. Avec un peu de miel , ils sont bons pour les brûlures , les plaies et les luxations : avec du miel et de la farine d'avoine , pour les abcès qui mûris-

polenta tritus oleoque, contusis medetur, et lapide percussis. Purgat vulnera permixtus farinæ. Nigras vitiliginis emaculat. Ex hoc flore fit narcissinum oleum ad emolliendas duritias, calfacienda quæ alserint. Auribus utilissimum : sed et capitis dolores facit.

E violis, xxviii.

LXXVI. Violæ silvestres, et sativæ. Purpureæ refrigerant. Contra inflammationes illinuntur stomacho ardenti. Imponuntur et capiti in fronte. Oculorum privatim epiphoris, et sede procidente, vulvæ : et contra suppuraciones. Crapulam, et gravedines capitis impositis coronis olfactuque discutiunt. Anginas ex aqua potæ. Id quod purpureum ex iis, comitialibus medetur, maxime pueris, in aqua potum. Semen violæ scorpionibus adversatur. Contra flos albæ suppurata aperit : ipsa discutit. Et alba autem et lutca extenuant menstrua, urinam cient.

Minor vis est recentibus : ideoque aridis post annum utendum. Lutea dimidio cyatho in aquæ tribus, menses trahit. Radices ejus cum aceto illitæ sedant lienem : item podagram : oculorum autem inflammationes cum myrrha et croco. Folia cum melle purgant

sent difficilement, et aussi pour faire sortir les corps acérés engagés dans les chairs. Le narcisse, broyé avec du gruau et de l'huile, guérit les meurtrissures, et spécialement les coups de pierres; mêlé avec de la farine, il nettoie les plaies et efface les taches noires de la peau. Les fleurs donnent l'huile de narcisse, qui sert à ramollir les duretés et à réchauffer les parties gelées. Elle est très-bonne pour les oreilles, mais elle cause des douleurs de tête.

De la violette, 28.

LXXVI. On connaît des violettes sauvages et des violettes cultivées. Les violettes pourpres sont rafraîchissantes: on les applique sur l'estomac pour les inflammations de ce viscère, et sur le front pour les douleurs de tête. On les applique aussi pour les fluxions des yeux, pour la chute du fondement et de la matrice, et contre les abcès. Flairées, ou mises en couronnes sur la tête, elles en dissipent la pesanteur, et particulièrement celle qui suit l'ivresse. Prises dans de l'eau, elles guérissent l'esquinancie. Leur partie purpurine, prise de la même manière, guérit l'épilepsie, surtout celle des enfans. La graine de violette est un remède contre la piqûre des scorpions. La fleur de la violette blanche fait ouvrir les abcès, la feuille les résout. Les violettes blanches et jaunes diminuent les règles et provoquent les urines.

Les violettes fraîches ont moins de vertu; aussi ne doit-on les employer que sèches, et après qu'elles ont été gardées un an. La violette jaune, prise à la dose d'un demi-cyathe dans trois cyathes d'eau, provoque le flux menstruel. Ses racines, appliquées avec du vinaigre, apaisent les douleurs de la rate et de la goutte; avec de

capitis ulcera : cum cerato rimas sedis, et quæ in humidis sunt. Ex aceto vero collectiones sanant.

Ex bacchare, xvii. E combreto, i.

LXXVII. Bacchar in medicinæ usu aliqui ex nostris perpressam vocant. Auxiliatur contra serpentes, capitis dolores fervoresque : item epiphoras. Imponitur mammis tumentibus a partu, et ægilopis incipientibus, et ignibus sacris. Odor somnum gignit. Radicem decoctam bibere spasticis, eversis, convulsis, suspiriosis, salutare est. In tussi vetere radices ejus tres quatuorve decoquantur ad tertias partes. Hæc potio mulieres ex abortu purgat. Laterum punctiones tollit, et vesicæ calculos. Tunditur et in diapasmata. Vestibus odoris gratia inseritur. Combretum, quod simile ei diximus, tritum cum axungia, vulnera mire sanat.

Ex asaro, viii.

LXXVIII. Asarum jocinerum vitiis salutare esse traditur, uncia sumptum in hemina mulsi mixti. Alvum purgat ellebori modo. Hydropicis prodest, et præcordiis, vulvisque, ac morbo regio. In mustum si addatur,

la myrrhe et du safran, elles dissipent les inflammations des yeux. Les feuilles, avec du miel, purgent les ulcères de la tête; avec du cérat, les rhagades de l'an us et les autres fissures des parties humides. Avec du vinaigre, elles guérissent les dépôts.

Du bacchar, 17. Du combretum, 1.

LXXVII. Le *bacchar* est employé en médecine; quelques auteurs latins l'appellent *perpressa*; c'est un bon remède contre la morsure des serpens, les douleurs et les ardeurs de tête, et les fluxions. On l'applique sur les mamelles gonflées après l'accouchement, sur les fistules naissantes et sur les érysipèles. Son odeur provoque le sommeil. La décoction de sa racine est salutaire dans les spasmes, les convulsions, l'asthme et les chutes graves. Pour la toux invétérée, on fait bouillir trois ou quatre de ses racines, jusqu'à réduction au tiers de la liqueur; cette boisson purge les femmes après une fausse-couche. Elle dissipe les points de côté et expulse les pierres de la vessie. Le bacchar pulvérisé arrête la sueur. On en met dans les vêtements pour leur communiquer une bonne odeur. Le *combretum*, que nous avons dit ressembler au bacchar, broyé avec de la graisse de porc, est merveilleux pour la guérison des plaies.

De l'asarum, 8.

LXXVIII. On croit que l'*asarum*, à la dose d'une once dans une hémine de vin miellé et mêlé d'eau, est bon pour les maladies du foie. Il purge par le bas, comme l'ellébore. Il est salutaire aux parties nobles et à la matrice. On l'emploie avec avantage dans l'hydropisie et la

facit vinum urinis ciendis. Effoditur quum folia emittit. Siccatur in umbra. Situm celerrime sentit.

E nardo gallico, VIII.

LXXIX. 20. Et quoniam quidam, ut diximus, nardum rusticum nominavere radicem baccharis, contexamus et Gallici nardi remedia in hunc locum dilata in peregrinis arboribus. Ergo adversus serpentes duabus drachmis in vino succurrit. Inflammationibus coli, vel ex aqua, vel ex vino. Item jocineris, et renum: suffusisque felle. Et hydropicis per se, vel cum absinthio. Sistit purgationum mulierum impetus.

Ex herba, quam phu vocant, IV.

LXXX. Ejus vero quod phu eodem loco appellavimus, radix datur potui trita, vel decocta ad strangulatus, vel pectoris dolores, vel laterum. Menses quoque ciet. Bibitur cum vino.

E croco, XX.

LXXXI. Crocum melle non solvitur, nulloque dulci: facillime autem vino, aut aqua. Utilissimum in medicina. Adservatur cornea pyxide. Discutit inflammationes omnes quidem, sed oculorum maxime ex ovo illitum:

jaunisse. Mêlé au vin doux, il le rend diurétique. On l'arrache de terre dès qu'il jette des feuilles. On le dessèche à l'ombre; il moisit très-promptement.

Du nard gaulois, 8.

LXXIX. 20. Comme des auteurs, ainsi que nous l'avons observé, ont appelé *nard des champs* la racine du *bacchar*, nous indiquerons ici les propriétés du *nard gaulois*, comme nous l'avons promis en traitant des arbres étrangers. Le nard gaulois, à la dose de deux drachmes dans du vin, est un bon remède contre la morsure des serpens. Pris dans de l'eau ou du vin, il est utile pour les inflammations du colon, du foie et des reins, et pour la jaunisse; seul ou avec de l'absinthe, il est recommandé dans l'hydropisie. Il arrête l'écoulement excessif des règles.

De la plante nommée *phu*, 4.

LXXX. La racine de la plante, qu'au même endroit nous avons appelée *phu*, se prend en breuvage, pilée, ou bien en décoction, pour les suffocations, et pour les douleurs de poitrine et de côté. Dans du vin, elle provoque le flux menstruel.

Du safran, 20.

LXXXI. Le safran ne se mêle pas bien avec le miel, ni avec aucune autre substance douce, mais très-facilement avec le vin ou avec l'eau. Il est fort utile en médecine. On le conserve dans une boîte de corne. Appliqué avec un œuf, il apaise toutes sortes d'inflammations, et spé-

vulvarum quoque strangulatus, stomachi exulcerationes, pectoris, et renum, jocinerum, pulmonum, vesicarumque; peculiariter inflammationi earum vehementer utile. Item tussi et pleuriticis. Tollit et pruritus. Urinas ciet. Qui crocum prius biberint, crapulam non sentient, ebrietati resistent. Coronæ quoque ex eo mulcent ebrietatem. Somnum facit. Caput leniter movet. Venerem stimulat. Flos ejus igni sacro illinitur cum creta Cimolia.

Syrium crocomagma : medicinæ 11.

LXXXII. Ipsum plurimis medicaminibus miscetur. Collyrio uni etiam nomen dedit. Fæx quoque expressi unguento crocino, quod crocomagma appellant, habet suas utilitates contra suffusiones oculorum, urinas. Magis exalfacit, quam crocum ipsum. Optimum, quod gustatu salivam dentesque inficit.

Medicinæ ex iride, xli. E salianca, lli.

LXXXIII. Iris rufa melior quam candida. Infantibus eam circumligari salutare est, dentientibus præcipue, et tussientibus, tinearumve vitio laborantibus instillari. Ceteri effectus ejus non multum a melle differunt. Ulcera purgat capitis, præcipue suppurationes veteres. Alvum solvit duabus drachmis cum melle. Tussim, tor-

cialement celles des yeux. Il est singulièrement utile pour les suffocations de la matrice, les ulcères de l'estomac, de la poitrine, des reins, du foie, du poulmon, de la vessie, et particulièrement pour les inflammations de ces parties, comme aussi pour la toux et la pleurésie. Il guérit les démangeaisons et provoque les urines. On en prend en infusion pour prévenir la pesanteur de tête et se garantir de l'ivresse. Une couronne de safran dissipe les fumées du vin. Il procure le sommeil et émeut doucement le cerveau. Il est aphrodisiaque. Sa fleur, en liniment avec la craie de Cimolée, est bonne pour l'érysipèle.

Du crocomagma de Syrie, 2.

LXXXII. Le safran entre encore dans la composition de plusieurs médicamens. Il y a un collyre qui tire son nom du safran, ainsi que le *crocomagma*, qui est le marc de l'onguent appelé *crocinum*, et que l'on emploie utilement dans la cataracte et pour pousser les urines. Ce marc échauffe plus que le safran même. Le meilleur crocomagma est celui qui, mis dans la bouche, laisse aux dents et à la salive le goût du safran.

De l'iris, 41. Du saliuca, 3.

LXXXIII. L'iris roux est meilleur que le blanc. Il est très-bon de le suspendre autour du cou des enfans tourmentés de la toux, et surtout lorsqu'ils font leurs premières dents : on fait prendre quelques gouttes du suc de la plante à ceux qui ont des vers. Ses autres propriétés sont à peu près les mêmes que celles du miel. Il déterge les ulcères de la tête et les abcès invétérés.

mina, inflationes, pota : lienes ex aceto. Contra serpentium et araneorum morsus, ex posca valet. Contra scorpiones, duarum drachmarum pondere in pane vel aqua sumitur. Contra canum morsus, ex oleo imponitur : et contra perfrictiones. Sic et nervorum doloribus. Lumbis vero et coxendicibus cum resina illinitur. Vis ei concalfactoria. Naribus subducta, sternutamenta movet, caputque purgat. Dolori capitis cum cotoneis malis aut strutheis illinitur. Crapulas quoque et orthopnœas discutit. Vomitiones ciet, duobus obolis sumpta. Ossa fracta extrahit, imposita cum melle. Ad paronychias farina ejus utuntur : cum vino, ad clavos, vel verrucas, triduoque non solvitur. Halitus oris commanducata abolet, alarumque vitia. Succo duritias omnes emollit. Somnum conciliat, sed genituram consumit. Sedis rimas, et condylomata, omniaque in corpore excrescentia sanat.

Sunt qui silvestrem, xyrin vocent. Strumas hæc, vel panos, vel inguina discutit. Præcipitur, ut sinistra manu ad hos usus eruatur, colligentesque dicant, cujus hominis utique causa eximant. Scelus herbariorum ape-

A la dose de deux drachmes avec du miel , il lâche le ventre ; en infusion , il apaise la toux et les tranchées et dissipe les vents : on y ajoute du vinaigre pour les obstructions de la rate. Pris dans de l'oxycrat , il guérit la morsure des serpens et des araignées ; à la dose de deux drachmes dans du pain , ou avec de l'eau , il est bon pour la piqûre des scorpions. Appliqué avec de l'huile , il est efficace contre la morsure des chiens , contre les engourdissemens causés par le froid , et contre les douleurs de nerfs. On en compose , avec de la résine , un onguent pour les douleurs des lombes et des hanches. Sa vertu particulière est d'échauffer. Présenté sous les narines , il excite l'éternûment et purge le cerveau. On l'applique en liniment avec le coing ou le *struthea* , pour les douleurs de tête. Il dissipe les fumées du vin , et soulage les asthmatiques. Pris à la dose de deux oboles , il provoque le vomissement. Appliqué avec du miel , il fait sortir les esquilles des os cassés. En poudre , il est bon pour les panaris. On mêle de cette poudre avec du vin pour les cors aux pieds et pour les verrues , mais on ne lève l'emplâtre qu'au bout de trois jours. L'iris mâché corrige la mauvaise haleine et l'odeur désagréable des aisselles. Son suc ramollit toute espèce de duretés et procure le sommeil , mais il détruit et consume la liqueur séminale. Il guérit les fissures et les condylomes de l'anus , et généralement toutes les excroissances.

L'iris sauvage est appelé *xyris* par quelques auteurs. Il guérit les écrouelles , les tumeurs inflammatoires , et particulièrement celles des aines. Pour qu'il produise ces effets , il faut , dit-on , le cueillir avec la main gauche , et nommer la personne pour qui il est destiné.

rietur in hac mentione. Partem ejus servant, et quarundam aliarum herbarum, sicut plantaginis : et si parum mercedis tulisse se arbitrantur, rursusque opus quærunt, partem eam quam servavere, eodem loco infodiunt : credo, ut vitia, quæ sanaverint, faciant rebellare.

Saliuncæ radix in vino decocta sistit vomitiones, corroborat stomachum.

Ex polio, XIX.

LXXXIV. Polio Musæus et Hesiodus perungi jubent dignationis gloriæque avidos : polium tractari, coli : polium contra serpentes substerni, uri, potari : in vino decoqui recens, vel aridum, illinique. Splenicis propinant ex aceto : morbo regio in vino : et hydropicis incipientibus in vino decoctum. Vulneribus quoque sic illinunt. Secundas mulierum, partusque emortuos pellit : item dolores corporis. Vesicas inanit : et epiphoris illinuntur.

Nec magis alia herba convenit medicamento, quod alexipharmacum vocant. Stomacho tamen inutile esse, caputque eo impleri, et abortum fieri potest, aliqui negant. Ad religionem addunt, ubi inventum sit, protinus adalligandum contra oculorum suffusiones, cavendumque ne terram attingat. Hi et folia ejus thymo similia

A ce sujet, nous dévoilerons ici l'artifice coupable des herboristes : ils gardent une partie de cette plante ou de quelques autres herbes, telles que le plantain ; et s'ils ne se croient pas assez bien payés, et qu'ils veuillent être employés une seconde fois, ils enterrent ce qu'ils ont gardé à l'endroit même d'où ils l'ont arraché, dans l'intention sans doute de renouveler le mal qu'ils ont guéri.

La racine du *saliunca*, cuite dans du vin, arrête le vomissement et fortifie l'estomac.

Du polium, 19.

LXXXIV. Quant au *polium*, si l'on en croit Hésiode et Musée, ceux qui aspirent aux honneurs et aux dignités doivent s'en frotter le corps, le manier et le cultiver. On répand dans les maisons, on brûle, on porte sur soi le polium pour se garantir des serpens. Cette même plante fraîche ou sèche, bouillie dans du vin, s'applique sur la morsure de ces reptiles. On prescrit le polium avec le vinaigre dans les obstructions de la rate, et, avec le vin, dans la jaunisse. Cuit dans du vin, il pousse l'arrière-faix, et fait sortir le fœtus mort dans la matrice ; il apaise les douleurs du corps, évacue les urines, et s'applique en liniment sur les fluxions des yeux.

Nulle plante ne mérite mieux d'entrer dans les compositions antivénéneuses ou *alexipharmques*. Toutefois, quelques auteurs prétendent qu'il est nuisible à l'estomac, qu'il rend la tête pesante, et que sa décoction provoque l'avortement ; d'autres soutiennent qu'il n'a aucune de ces mauvaises qualités. Au surplus, ils prescrivent comme un point de religion, si l'on veut guérir les

tradunt, nisi quod molliora sunt, et lanatiore canitie. Cum ruta silvestri, et si teratur ex aqua cælesti, aspidas mitigare dicitur : et non secus atque cytinus adstringit et cohibet vulnera, prohibetque serpere.

Ex holochryso, III. E chrysocome, VI.

LXXXV. Holochrysos medetur stranguriæ in vino pota, et oculorum epiphoris illita. Cum fæce vero vini cremata et polenta, lichenas emendat. Chrysocomes radix calfacit, et stringit. Datur potui ad jocinerum vitia : item pulmonum : vulvæ dolores in aqua mulsa decocta. Ciet menstrua : et si cruda detur, hydropicorum aquam.

Ex melissophyllo, XIII.

LXXXVI. Melissophyllo sive melittæna si perungantur alvearia, non fugient apes. Nullo enim magis gaudent flore. Copia istius examina facillime continentur. Idem præsentissimum est contra ictus earum vesparumque, et similium, sicut araneorum : item scorpionum. Item contra vulvarum strangulationes, addito nitro.

fluxions des yeux ou la cataracte, de se l'attacher au cou aussitôt qu'on le trouve, et de prendre garde qu'il ne touche à terre. Ils disent qu'il a les feuilles semblables à celles du thym, si ce n'est qu'elles sont plus molles, plus blanches et plus cotonneuses. On prétend que, broyé avec de la rue sauvage dans de l'eau de pluie, il adoucit la douleur des blessures de l'aspic, qu'il consolide et ferme les plaies, et qu'il arrête les progrès des ulcères avec autant d'efficacité que le *cytinus*.

De l'*holochrysos*, 3. Du *chrysocome*, 6.

LXXXV. L'*holochrysos*, pris dans du vin, est un remède pour la strangurie; en liniment, il s'applique sur les fluxions des yeux; avec de la lie de vin brûlée et de la farine d'orge, il guérit les dartres. La racine du *chrysocome* est chaude et astringente: on la prescrit en potion pour les maladies du foie et du poumon, et dans de l'eau miellée pour les douleurs de la matrice. Elle provoque le flux menstruel, et on la donne crue pour évacuer les eaux dans l'hydropisie.

Du méliosophyllon (mélisse), 13.

LXXXVI. La mélisse ou mélittène a la propriété de fixer les abeilles si l'on en frotte les ruches, car il n'est aucune plante dont elles aiment mieux la fleur: aussi est-il aisé de conserver les essaims dans les lieux où elle croît abondamment. C'est un remède excellent contre la piqûre des abeilles, des guêpes, des autres insectes de ce genre, et contre celle des araignées et des scorpions. Avec du nitre, elle est bonne pour les suf-

